כת הקראים
SEU
SECTA KARRÆORUM
DISSERTATIONIBUS ALIQUOT
HISTORICO-PHILOLOGICIS
SIC ADUMBRATA,
UT
E CODICIBUS MSTIS UTPLURIMUM ORTUS, PROGRESSUS AC DOGMATA EJUSDEM PRÆCIPUA ERUTA COMPAREANT,
STUDIO
M. JO. GOTTOFR. SCHUPARTI,
LYMP. FR.



JENÆ
APUD JOHANNEM BIELCKIUM, BIBLIOP.
ANNO M D CCI.

VIRIS

Nobilitate generis, Virtutum ſplendore,

Eruditionis laude, Munerum amplitudine rerumque uſu longo ſpectatiſſimis:

DOMINO

JO. FRIDERICO BREITHAUPT

Jurium Doctori celebratiſſimo, Seriniſſimique Ducis Saxo-Gothani Conſiliario Aulico Graviſſimo,

DOMINO

WIHELM. ERNEST. TENZELIO

Sereniſſimorum Saxoniæ Ducum Hiſtoriographo Celeberrimo.

DOMINO

JOH. HENRICO STURMIO

Jurium Doctori Celebratiſſimo, atque Statuum Provincialium Würtenbergicorum Conſiliario Meritiſſimo,

DOMINO

JOH. DIETERICO HOERNERO

Jurium Licentiato Celeberrimo, Statuum item Provincialium Würtenbergicorum Conſiliario Graviſſimo,

PATRONIS, FAUTORIBUS ATQUE COGNATO MEO S.

VIRI EXCELLENTISSIMI.

Ἀδωροὶ Veteres ægre in conſpectum prodibant Principis; hos liceat mihi imitari mores, Vos dum publice compello Principes rei literariæ. Frontem, dicat quispiam, periiſſe mihi, dum ignotus, Te Excellentiſſime Breithaupt, nugis meis adire ſuſtineo, at nomini hoc Tuo dabis, quod ſancte venerantur, qui ſanctioris ſtudii cultores audire geſtiunt. Cum alma Themide ſororio vinculo Orientalia nectis, ita ut omnem Orientis adparatum in Te admirentur harum rerum ſtudioſi, liceat igitur mola litare hac tanto heroi, deficiente hecatomba, quam ut benignis oculis reſpicias, eſt quod etiam atque etiam rogo.

Idem

Idem a Te mihi promitto, Excellentissime Tenzeli, annus agitur nunc, cum Tua autoritate pararia, MStos Codices Karræorum ignoto inter ignotos licuit pervolvere, quid mirum igitur, si quod sub Tuo auspicio cœpit ποιημάτιον *in sinum se denuo Tuum demittat; cumque certatim ad Te Judicem sua deferant eruditi, & ego cultor eorundem, pudoris cancellos effringens, Tuo Patrocinio hæc committo, elusurus sic quascunque injurias. Ad Te devenio, Excellentissime Sturmi, de fronte innubi, cum hæc offero, nullus dubitans, benevolentiæ enim Tuæ non stricturas sed pleniores radios per literarum commercia admirabundus experior; Tuæ hæc subjicio censuræ, de profunda Orientali eruditione, cum ea*

Tibi pateant, quæ inaccessa hactenus fuere plerisque, certus e multis, a curis celsioribus ut vaces nonnihil rogo, hisque Te impertias humilioribus. Charta tempusq; deficeret me, Excellentissime Hoernere, Cognate ætatem devenerande, si causas, cur hæc nomini Tuo inscripserim, percensere vellem vel primoribus, potius pio illas veneror silentio, ne injurius sim in modestiam T. in grati animi tesseram hoc quicquid est opellæ fronte serena accipe inque numero Clientum porro da locum. Valete.

V. EXCELL.

perpetuus admirator

M. JOH. GOTTOF. SCHUPART.

LECTU.



LECTURIS εὐδιάγειν.

Πολυκεφαλίαν religionis distractionemque in diversa objicit Christianis cum Muhammendano Judæus, in alienis cernentes acutum, in propriis & ipso cœciores Tyresia: Si enim adolescentem adhuc Muslimismum LXXIII. sectis fertilem fuisse constat, quantum quæso nunc dissidiorum comparabit inibi? in virum postquam evasit, adcrescens cum ætate; vel sola inter Alishios Sunnitasque certamina retundere poterant impudentiam. Recutitorum, quid opus est moneam σχίζεις indeque derivatas Sectas, producente eas Livio eorundem Josepho, corpore item Talmudico, ut sileam scripta Evangelistarum. At antiquiora, dices, illa sunt, quorum nil nisi memoria superat, sunt fateor, sed & nostra ætate ramos videmus succrescentes, miscentes inter se prælia. Eminet heic

Quan-

Quantum lenta solent inter viburna Cupressi
Karræorum factio, quæ & hodierno die, facem dum prætulit antiquitas, impigre bella movet suis, distans ab illis *δὶς διὰ πασῶν*. Ut vero alias Apellarum Sectas expositas abunde lætamur haud injuria, ita hanc neglectam hactenus indoluere eodem alii jure, quæ enim vel Christianorum aliqui, vel Rabbanistarum dedere, pauca sunt, si illorum quæ restant adhuc, ineas rationem; Itinera Karraitica per Dryadum sylvas saltusque suscepta, quorum salivam eruditis moverunt exteri, præstolati hactenus sumus frustra; quare dum Eruditorum benevolentia Libros Karraiticos, paucis visos, paucioribus lectos, perlustrare datum fuit, placuit in dissertationum forma aliqua effundere solum, dogmatumque exhibere *πρόγευμα*, quæ Rabbanistarum placitis a latere posita ut plurimum sunt, quo dissensus utrinque evaderet probatior; Lectorque B. uno intuitu perspicere possit
- - - - quid distent æra lupinis.
Si primitias has non omnino displicere intellexero, ejectitiis maturiora succedent. Tu vale atque conatibus nostris fave.

CA.



Caput I.

De *Nomine Karræorum.*

§. I.

Per evolutionem nominis in ipsius rei cognitionem nos provehi, & pervulgatum est, & a Sapientioribus quibusque inculcatum sæpius. Nil morantes Neotericorum exceptiones, pollicem Aristoteli (a) a Judæis etiam tantopere deprædicato (b) premendum

duci-

(a) De Elench. Sophist. *οἱ τῶν ὀνομάτων τῆς δυνάμεως ἄπειροι παραλογίζονται. Qui nominum virtutis sunt ignari, perfacile captionibus hallucinantur.* (b) R. Abraham in חזוק אמונה cum ראש הפילוסופים *Principem quorumcunque Philosophorum* vocat; cum quo facit הפטיש החזק *Malleus ille fortis* (sic nominatur a R. Bechai in Epist. ad Synag. Arragon.) רמ״בם in Epist. ad R. Aben Tybbon: ודעתו ר״ל דעת אריסטו היא תכלית דעת האדם מלבד מי שנשפע עליהם השפע האלהי עד שישיגו למעלת הנבואה אשר אין מעלה למעלה ממנה *Scientia vero Aristo-*

ducimus. Haud dubie secutus est hac in parte Platonem, Μωσῆν illum ἀττικίζοντα, prout Numenio vocatur (c) qui idem hinc inde sedulus inculcat (d.) Ut alios hisce gemina proponentes (e) sicco prætereamus pede.

§. II.

Origo vero nominis τῶν קראים neque in obscuro est neque dubiæ liti exposita, quum vel illis, qui a limine, quod ajunt, hanc modo salutavere linguam, radix קרא non possit non esse notissima, utpote cujus usus tam in sacra Scriptura, quam in Rabbinorum scriptis, amplus satis est atque multus. Quod vero plerisque Ebr. radicibus usu venire solet, ut pro varietate contextus, varias quoque nanciscantur significationes essentiales ac abstractivas, id in hac quoque observare licet quam clarissime. Nos præeunte Viro πολυμαθεστάτῳ, Celeberrimo Danzio (f) Patrono atque Præceptore

---

telis est perfectissima scientia humana, præter illorum qui divino gaudent influxu, usque dum attingant gradum Prophetiæ, quo nullus superior. (c.) Clemens Alexandrin. l. 1. Strom. p. 342. Edit. Sylburg. νεμήνιος δὲ ὁ πυθαγόρειος φιλόσοφος ἄντικρυς γράφει· τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσῆς ἀττικίζων. *Numenius autem Pythagoreus Philosophus aperte scribit: Quid enim est Plato? nisi Moses atticissans.* (d) in Cratyl. sub init. f. 384. Edit. Serrar. καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῶν ὀνομάτων οὐ σμικρὸν τυγχάνει ὂν μάθημα. *Nominum notitia haud parva res est.* It. καὶ τοῦτο πάνυ ἁπλοῦν εἶναι, ὃς ἂν τὰ ὀνόματα ἐπίσταται, ἐπίστασθαι καὶ τὰ πράγματα. *Idque simpliciter asserendum, quod qui nomina scit, & res itidem sciat.* conf. Hieronym. in Eccles. c. 1. Isidor. l. 1. Orig c. 28. Cicer. in Topicis &c. (f) in Dissertat. 1. de שמע קריאת §. 2. p. 1. sqq.

ptore nostro unico שלי״שא brevibus potiores recensebimus significatus.

§. III.

Præter significatum autem, quem a Quiescentibus ל״ה cum cuius forma more litterarum אהוי frequenter permutatur, (g) mutuat, (h) latine potissimum reddi debere videtur. I. *Vocavit*, quatenus idem valet ac nominavit, nomen dedit, aut imposuit (i) II. Vocavit i.e. *convocavit*, advocavit, accersivit, invitavit, revocavit, (k) III. Vocavit i.e. vocem elevavit, *clamavit*, inclamavit, exclamavit (l) IV. *Invocavit*, precatus est (m) *Celebravit*, deprædicavit, glorificavit, decantavit vel proclamavit apud alios (n) VI. Proclamavit i.e. *indixit*, constituit, decrevit, promulgavit (o) VII. Prædicavit, *pronunciavit*, dixit, prolocutus est, recitavit, recensuit, docuit; it. *legit*, si de literis agitur aut volumine. (p)

(g) conf. Id. in Literat. §. 49. obs. I. p. 456. coll. §. 3. obs. 2. p. 19. (h) Id. c. l. §. 43. obs. 3. p. 403. (i) Gen. I. 5. Num. XXXII. 41. Ps. LXXXIX. 27. Gen. XIX. 22. XI. 9. XXVI. 18. Es. XLV. 4. 1. Chron. VI. 50. Jerem. XXIII. 6. 2. Sam. XIIX. 18. Deut. III. 14. Esd. II. 61. Gen. XLIIX. 6. Deut. XXVIII. 10. (k) Levit. IX. 1. 1. Reg. I. 9. 10. 2. Reg. X. 19. Num. XXIV. 10. 2. Reg. IV. 36. 1. Samuel. III. 5. 6. (l) Thren. IV. 15. Gen. III. 9. 1. Reg. XIII. 2. Ezech. VIII. 18. (m) Ps. XIV. 4. Es. XLIII. 22. Ps. XVII. 6. Deut. XXXII. 3. (n) Proverb. XX. 6. Es. XII. 4. Ps. XLIX. 12. (o) Jon. III. 5. (p) Prov. XII. 23. Zach. I. 4. Jer. III. 12. II. 2. Es. XXXIV. 16. Jerem. LI. 61. 63. 2. Reg. XXII. 10. Jerem. XXXVI. 6. Deut. XVII. 19.

§. IV.

Hæc de usu quem radix קרא in Sacris obtinet, dicta sufficiant, quem in Profanis admittat nunc indicaturi. Denotat vero in libris Rabbinico-Thalmudicis *Studium ac Lectionem Biblicam*, Thalmudico aliique profano contra distinctam, sive lectione perficiatur, sive recitatione vel meditatione, hinc non male redditur: *Studuit-didicit-tractavit-legit Scripturam*, legi navavit operam (q)

§. V. In

(q) Ita רמ״בם in doctissimo libro (vid. l' Empereur in Præf. ad R. Mosis Kimchii שבילי הדעת) יד חזקה Part. I. l. I. Hilc. ת״ת c. I. §. II. f. 20. a. Edit. Ven. וחייב לשלש את זמן למידתו שליש בתורה שבכתב ושליש בתורה שבעל פה ושליש שיבין וישכיל אחרית הדבר ויבין במדות שהתורה נדרשת בהן עד שידע היאך הוא עיקר המדות והיאך יוציא האסור והמותר וכיוצא בהן מדברים שלמד מפי השמועה והענין זה הוא הנקרא גמרא וכו׳ *Et tenetur* (homo quilibet) *tempus studii sui in tres dividere partes: tripartito* (occupetur) *in Lege scripta, ac tripartito animadvertat; efficiatque ut intelligat consequentiam rei ex eius principio, & eliciat rem unam ex alterâ atque comparet rem unam alteri, & consideret Canones istos, iuxta quos lex solet exponi, usque dum cognoverit, quomodo sese habeat fundamentum istorum Canonum, & quomodo eliciat vetitum ac licitum, aut quid illis simile, ex verbis quæ ex Traditione didicit, id quod negotium vocatur Gemara vel Talmud.* Quod a Maimonide paulo prolixius explicatur, id in ipso Corpore Talmud. Cod. קדושין c. I. f. 30. a. l. 32. proponitur brevius: לעולם ישלש אדם שנותיו

§. V.

In hac ultima vero significatione rad. קרא ideo prolixiores justo fuimus, quoniam illa *Karrais* nomen dedit. Ab hoc enim verbo quatenus idem significat ac *Lectionem Biblicam* Talmudico aliique Profano contradi-

 stin-

שליש במקרא שליש במשנה שליש בתלמוד וכו׳ i.e. *Omnino dividat homo annos suos in tres partes unam studio Biblico* (Maim. l. c. explicat per verba שליש בתורה) *Mischne alteram, tertiam Talmudi.* conf. Cod. עבודה זרה c. 1. f. 19. b. l. 2. 3. Gemina cum his fere habentur in פרקי אבות c. 5. ubi vita hominis ad centum usque annos protracta hunc dispescitur in modum: בן חמש שנים למקרא בן עשר למשנה בן שלוש עשרה למצוות בן חמש עשרה לתלמוד (in Thalm. Edit. Amstel. לגמרא sensu nequicquam diverso.) בן עשרים לרדוף בן שלושים לכח בן ארבעים לבינה בן חמשים לעצה בן ששים לזקנה בן שבעים לשיבה בן שמונים לגבורה בן תשעים לשוח בן מאה כאלו מת ואבר ובטל מן העולם/ Versionem hic communicabimus ipsorum Judæorum, lingua exaratam vernacula, quæ una cum tractatu פרקי אבות nonnullis Editionibus סדר תפלה seu libri Precationis subjuncta conspicitur: Ein Sohn von fünff Jahren soll פסוק (Textum Biblicum) lernen: Einer von zehen Jahren soll משנה lernen: einer von dreyzehen Jahren ist בר מצוה und ist schuldig מצוות (Præcepta) zu thun: einer von funffzehen Jahren soll תלמוד lernen: Einer von achtzehen Jahren soll ein Weib nehmen: einer von zwantzig Jahren soll jagen nach der Nahrung: einer von dreyßig Jahren / der hat sein Krafft gar: einer von vierzig Jahren der heißt nun

stinctam formatum nomen קרא ad formam satis usitatam

ein verständiger Mann: einer von funffzig Jahren mag man wohl in ein עצה (consilium) nehmen: einen von sechzig Jahren der heisset ein alter Mann: einer von siebenzig Jahren heißt ein grießgrauer Mann: einer von achtzig Jahren der muß בטבע (natura) ein starcker Mann seyn/ daß er also lang lebet: einer von neunzig Jahren/ der gehört in das קבר: (sepulchrum) einer von hundert Jahren/ der ist gleich als wär er schon todt und vergangen und verstreut von diesem עולם (seculo). Ex quibus satis patet קרא præcise lectionem ac *studium* notare *Biblicum*. Quod clarius adhuc demonstratum damus e Cod. Talm. סוטה c. 3. f. 22. a. l. 12. seqq. אחרים אומרים אפילו קורא ושונה ולא שימש תלמידי חכמים (כפר"שי ללמוד סברת התלמוד בטעמי המקרא מה הם) זהוא עם הארץ קרא ולא שנת ה"ז בור לא קרא ולא שנה עליו הכתוב אומר זרעתי וגו/ i. e. *Alii dicunt: Etiamsi quis legat Scripturam sacram & Mischnam tractet; si non utatur discipulis Sapientum* (i. e. dicente Glossa, ut discat opinionem Talmudis in rationibus Mischnæ constituendis,) *ille plebeius est; legerit Scripturam sacram & non tractet Mischnam, ecce ille brutus est; si nec Scripturam legit nec tractat Mischnam, de illo Textus Biblicus* (Jerem. XXXI. 1.) *inquit: & seminabo domum Israel & domum Juda semen humanum & semen jumenti &c.* conf. ibid. l. 1. 7. it. Cod. ברכות f. 47. b. l. 19. In Cod. שבת c. 1. f. 13. a. l. 3. hæc ordine non nihil inverso leguntur: תנא דבי אליהו מעשה בתלמיד אחד ששנה הרבה וקרא הרבה ושימש חכמים הרבה ומת בחצי ימיו והיתה אשתו נוטלת תפיליו ומחזרתה בבתי כנסיות ובבתי מדרשות ואמרת כתיב בתורה כי היא

tam בַּנַּב (r) quod commode vertitur: ***Scripturarius Biblicus*, *Textualis*, *Scripturista*** &c. qui scil. Scripturæ sacræ operam navat, non considerato an scripta Talmudica rejiciat nec ne. Ex usu vero loquendi ***quem penes arbitrium est*, *& jus & norma loquendi*** (s) apud Judæos pariter atque Christianos recepto, designat קרא eum,

---

חייך ואורך ימיך בעלי ששנה הרבה וקרא הרבה ושימש תלמידי חכמים הרבה מפנה מה מת בחצי ימיו׳ i. e. ***Recenset Schola Eliana historiam de Erudito quodam, qui multum tractarat Mischnam, & legerat plurimum Scripturam sacram, usus etiam fuerat sapientibus plurimum. Quo in dimidio dierum suorum mortuo, eius uxor phylacteria ipsius accipiens circumduxit unumquodque ipsorum in Synagogas & Scholas, dicens ipsis: Scriptum extat in Lege*** (Deut. XXX. 20.) ***quia ipsa est vita tua & prolongatio dierum tuorum. Maritus meus qui multum tractarat Mischnam & legerat Scripturam plurimum, multum quoque usus erat Talmudicis, propter quid mortuus est in dimidio dierum suorum?*** Sic in Cod. Sanh. f. 99. 2, l. 4. a. fin. מאי אהנו לן רבנן לדידהו קרו לדידהו תנו׳ ***Cui bono nobis sunt doctores nostri? sibi legunt Scripturas, sibi legunt traditiones.*** Agmen tandem claudat locus & perspicuitate & brevitate maxime commendabilis, qui habetur in Cod. ברכות c. 1. f. 4. a. l. 9. אדם בא מן השדה בערב נכנס לבית הכנסת אם רגיל לקרות קורא ואם רגיל לשנות שונה: i. e. ***Homo ex agro vespere rediens, ingrediatur Synagogam, si assuetus sit Scripturam legere, legat eandem; sin Mischnam tractare consueverit, tractet Mischnam.*** (r) Vid. ראש המדקדקים venerandus Præceptor noster Danzius in Literat. §. 29. Form. XXV. p. 268. coll. §. 20. l. p. 161. (s) Horatius de arte Poetica v. 72.

eum, qui Textui Biblico ita inhæret, ut simul omne id rejiciat, quod præter Scripturam sacram tanquam divinum, atque indubitato assensu dignum propinatur. (t)

§. VI.

Nomen vero hoc generale cum sit, & ad quoscunque qui תורה שבעל פה *Legem ore propagatam* rejiciunt, trahi queat, hinc quoque si scripta intueare veterum Judæorum, iis tributum patescet, de quibus nequaquam dici potest, hodierni quod fuerint Karræi.

§.VII.Cer-

(t) Non attendimus significatum nominis קרא quatenus cognomentum est τῶ Rab, Samuelis atque R. Jochananis, & eum designat, cuius verba Scripturæ verbis æquiparanda, uti affirmat R. Abrah. Zachut in יוחסין f. 60. col. 2. cc med. רב ושמואל ור׳ יוחנן קראי פירוש שדבריהם כמו מקרא i. e. *dicuntur Rab. Samuel & R. Jochanan Karrai, quia dicta ipsorum dictis Scripturæ sunt æqualia*; it. f. 104. col. 2. l. 6. ובמגלה רב ושמואל קראי פר״שי דבריהם כמו מקרא i. e. *in Megilla Rab & Schemuel Karrai audiunt i. e. explicante Raschio; quorum verba Scripturæ verbis sint æquiparanda*; est enim significatio inusitatior, nec, quod sciam, in exemplum ab aliis tracta, taceo quod nec ipsi Judæi de ratione etymi conveniant, deducente Aruch ex lingua Græca. Uti c. l. idem autor refert והערוך פירש קראי ארונים בלשון יון *Aruch vero exprimit per vocem κύριοι lingua Græca Dominos significantem.* Ceterum an in Cod. מגלה reperiantur hæc. dubio haud caret, neque enim locum invenire poteramus, licet semel iterumque totus Tractatus a nobis fuerit perlectus.

§. VII.

Certe ex ipso Corpore Talmud. Babylon (u) τῶν קראים nomen nobis innotescit, declaratum in Talmude Hierosolym. (x) Mischnaioth parvis in forma octava excusis, (y) nec non in Mischnaioth R. Obadiæ de Bartenura, (z) per generales voces מינות אפיקורוסות & מינאים quibus quæcunque hæresis insigniri apud ipsos consuevit. (a)

 §.VIII.Vix

(u) Cod. מגלה f. 24. 2. lin. 4. a fin. העושה תפלתו עגולה סכנה ואין בה מצוה נתנה על מצחו או על פס ידו הרי הוא דרך הקראים: *Qui facit ligamentum oratorium suum rotundum, periculosum est, nec est de eo ullum preceptum*, (quadratum enim requiritur) *si posuerit illud in frontem suam, aut super articulos manus sua, habetur illud pro ritu Karraeorum.* Ad quem locum Glossa annotat: שמבוין מדרש חכמים והולכין אחר המשמע במשמען בין עיניך ממש ועל ידך ממש/ *Karrei enim spernunt traditiones Sapientum* (quæ aliter de illis statuit in Menachot f. 37. 1. 2.) *& sequuntur sensum literalem simpliciter, veluti super manum tuam, inter oculos tuos* Deut. VI. 8. *Secundum simplicem sensum suum.* (x) in Cod. מגלה (y) c. l. (z) c. l. (a) Celeberrimus Judæorum פרשנדתא Rabbi Salomo Isaacides vocem מין in Cod. ראש השנה f. 17. 1. occurrentem expositurus, ita commentatur: תלמידים אשר הפכו דברי אלהים חיים לרעה/ *Discipuli qui pervertunt verba Dei in malum.* R. Elias in תש"בי notat, generale esse ac significare למי שאין לו דת *quemvis qui fidem veram non habet* seu qui hæreseos labe aspersus est. Quis vero אפיקורוס dicendus sit, omni ætate dubii fuere Apellæ; Antiquiores si consulamus Thalmu-

his Doctores, facile id nobis persuadent, sic enim in Cod. Talm. סנהדרין c. XI. th. 1. loquentes introducuntur:

ואפיקורוס ר׳ עקיבה אומר אף הקורא בספרים החיצונים והלוחש על המכה ואומר כל המחלה אשר שמתי במצרים לא אשים עליך כי אני ה׳ רופאך אבא שאול אומר אף ההוגה את השם באותיותיו

Epicurus: R. Ackiba ait: is quoque qui libros extraneos legit, qui adsusurrat plagæ hæc verba: Omnem morbum (Exod. XV. 26.) *quem imposuit Ægyptiis, non imponam tibi, nam ego Dominus medens tibi. Abba Schaul dicit: is quoque qui nomen* (τετραγράμματον) *suis litteris pronunciat.* Quæ hic dicuntur brevius in Gemar. Babylon. ad h. l. fol. 99. col. 2. l. 9. a fin. pluribus explicantur, quæ licent sint justo prolixiora, audire tamen juvat. En ita sermocinantes: אפיקורוס רב ורבי חנינא אמרי תרוייהו זה המבזה ת״ח ר׳ יוחנן ורבי יהושע בן לוי אמרי זה המבזה חברו בפני תלמיד חכם בשלמא למאן דאמר המבזה חבירו בפני ת״ח אפיקורוס הוי מבזה ת״ח עצמו מגלה פנים בתורה שלא כהלכה הוי אלא למאן דאמר מבזה ת״ח עצמו אפיקורוס הוי מגלה פנים בתורה כגון מאי כגון מנשה בן חזקיהו ואיכא דמתני ליה אסיפא מגלה פנים בתורה רב ורבי חנינא אמרי זה המבזה ת״ח ר׳ יוחנן ור״יבל אמרי זה המבזה את חברו בפני ת״ח בשלמא למ״ר המבזה ת״ח עצמו מגלה פנים בתורה תני מבזה חברו בפני ת״ח אפיקורוס הוי אלא למ״ד המבזה חברו בפני ת״ח מגלה פנים בתורה הוי אפיקורוס כגון מאן אמר רב יוסף כגון הני דאמרי מאי אהנו לן רבנן לדידהו קרו לדידהו תנו

i. e. *Epicureus: Rab & Rabbi Chanina ambo dicebant eum esse, qui discipulos Sapientum contemptim habet. R. Johannes &*

R. J. F. L. ajebant, id nominis illi quoque imponendum, qui socium suum præsente sapiente despicatui habet. Hi quidem, qui ipsum sapientem despicatui habet, habendum pro eo censent, qui sit irreverens legis. Isti autem qui contemptum Sapientis Epicureismum seu profanitatem nominant, quem dicent esse eum, qui irreverenter habet legem? qualis fuit Menesses filius Ezechiæ, sunt qui hæc tradunt contraverso ordine, sic: Revelans faciem adversus legem: Rab & Chanina: is est spretor sapientis. R. Johannes & R. J. F. L. is est qui contemptim habet alterum præsente sapiente. Istis quidem pro profano & Epicuro erit. At hi posteriores cuinam hoc nomen imponent? ait R. Joseph, qui faciat instar horum hominum, qui inquiunt; cui bono nobis sunt domini illi nostri? Sibi & suis legunt Scripturas, sibi traditiones explicant. Explicatius quid אפיקורוס sit traditur in Cod. ראש השנה f. 17. col. 1. l. 12. והאפיקורוס׳ן שכפרו בתורה ושכפרו בהחיית המתים/ *Epicurei qui legem non recipiunt negantque resurrectionem mortuorum.* Recentiores si adhibeas in consilium, eadem eos oberrantes chorda patescet. E multis unum vel alterum eûmque notiorem adduxisse sufficiat. Infensissimus Christiani nominis hostis R. Lipman in נצחון ad Parasch. ותשא aliquot species τῶν אפיקורוסים recenset his verbis: ושלושה מיני אפיקורסין הן האומר שאין נבואה ומגיעה מה״שי אל אדם כמו שאפרש בע״זה בפר׳ שופטים בסי׳ ק״לו והשני שמכחיש נבואתו של מר״עה כמו שאפרש בע״זה בפרש׳ ברכה השלישי האומר שאין הק״בה משגיח על מעשה הארם כמו שאפרש בע״זה בפרש׳ בחוקותי בסי׳ ק״ט והמושך ערלה ובעל לשון הרע/ *Tres sunt species Epicureorum nempe 1. qui dicit, quod prophetia non contingat homini a DEO bened. ceu explicabo juvante*

 Deo

Deo ad Parasch. Schophet. c. 136. *II. Qui negat, quod Moscheh magister noster (super quo sit pax) Propheta fuerit, quod cum Deo explicabo ad Parasch. Berachah. III. Qui adserit quod Sanctus B. J. nullam providentiam exerceat rerum humanarum, prout explicabo auxiliante DEO ad Parasch. Bechyckothai* c. 109. *Et qui retrahit præputium & Calumniator.* Arctius rem contrahit Cohen de Lara in עיר דויד p. 18. ubi nomen hoc אפיקורוס expositurus, ait denotare כופר בעיקר ושארית הנפש *Qui aliquem Articulum fundamentalem & immortalitatem animæ negat.* Nobis præ aliis ex parte acceptanda videtur sententia doctissimi Maimonidis (qui a Commentatore suo R. Schem Tob optimo jure נר הגולה *Lux huius Captivitatis* vocatur) quam proponit in Comment. ad Cod. סנהדרין Cap. חלק f. 120, c. 2. l. 31 hunc in modum: ומרת אפיקורוס היא

ארמית ענינה מי שמפקר ומבזה את התורה או לוסריה ולפיכך קורין בזה השם כל שאינו מאמין ביסודי התורה ומי שמבזה החכמים או מבזה תלמיד חכם שיהיה או המבזה רבו *Vox autem* אפיקורוס *est Chaldæa, significans eum, qui præsumtuosus est, & spernit legem & discentes eandem. Et idcirco vocant hoc nomine omnem qui non credit fundamenta legis, & qui spernit sapientes, aut discipulum qui futurus est sapiens, aut qui spernit Præceptorem suum.* Atque hic ultimus significatus passim in Judæorum scriptis militat; initium Carm. Memor. R. Lipm. est מה אשיב לאפיקורוס *Ecquid respondebo Epicureo?* conf. נצחון Vetus ex Argentoratensi MSto ab ἑβραϊκωτάτῳ *Wagenseilio* editum, R. Abraham in חזוק אמונה atque alios tam antiquiores quam recentiores.

Sic

§. VIII.

Vix tamen audemus nomen קראים ad quosvis trahere hæreticos, licet per nomina generalia id explicari constet, potius de *Sadducæis*, qui מינים & אפיקורסין *καὶ ἐξαίρετον λόγον* Apellis dicuntur, (c) expositum volumus.

(c) Sic R. Mosche ben Maimon in פרקי אבות f. 26. col. 1. ומאז יצאו אלו הכתות הארורות של מינים: *Et ab eo tempore* (Zadocki sc. & Bajethosi) *exorta maledicta ista secta Minæorum.* Quin idem Rambam nomen hoc solis Sadducæis & Baithosæis tributum vult, castigatus ea propter a R. Elia ad vocem מין his verbis: קראו ר"זל למי שאין לו דת מין וכתב הרמ"בם ז"ל כי זה השם אינו נופל רק על צדוקי או ביתוסי ותמה אני כי נמצא בספרי היונים שהיה אדם אחד שהיה שמו מאני ולא היה בעל דת ועל שמו נקראים כל הנמשכים אחריו מינין כמו מן אפיקורוס נקראו אפיקורוסין: i. e. *Rabbini eum qui vivit sine lege Min vocant. Et scripsit Rambam p. m. hoc nomen tantum convenire Sadducæo aut Baithosæo, id quod ego miror, cum inveniatur in libris Græcorum, fuisse hominem quendam, nomine Mane, qui vixerit sine lege, a quo omnes qui eum secuti fuere, Minin appellati sunt, sicut ab Epicuro vocantur Epicurei.* Præ aliis vero Sadducæis hæc nomina apprime convenire censenda sunt, quum omnis ἑτεροδοξία (ut mollissime loquamur) Zadocko & Baithoso originem debeat, uti diserte testatur autor libri יוחסין f. 159. והם היו ראשי המינים והאפיקורוסי' *Principes hi sunt quorumcunque Hæreticorum.*

§. IX.

Id vero eo majori niti videtur probabilitate, quoniam Judæorum, nomina צדוקים & קראים συνωνύμως usurpandi ratio (quia eandem de lege oretenus propagata fovent sententiam (d)) neminem fugit. (e)

(d) Recipiebant universam sacram Scripturam eamque solam, rejectis Pharisæorum δευτερώσεσι, quemadmodum Karræi hodierni omnes. Neque enim assensum præbemus iis, qui Sadducæos solam Mosis legem ἔγγραφον amplexos dictitant; Ita enim Hieronym. in Matth. XXII. 31. commentatur: *Hi* (sc. Sadducæi) *quinque tantum libros Mosis recipiebant, Prophetarum vaticinia respuentes. Stultum ergo erat inde proferre testimonia cuius autoritatem non sequebantur.* Sic quoque Anshelm. ad h. l. Quos magno agmine secuti alii; Romanenses imprimis. Seb. Barrad. T. II. in Hist. Evang. l. II. c. 16. Alph. Salmero T. VIII. Comment. in Evang. Hist. Tr. LXI f. 476. Cornel. Jansenius Comment. in Concord. Evang. Part. IV. c. 117. Bened. Pererius T. I. Dispp. select. Disp. IX. Sixt. Senens. Bibl. S. L. II. f. 147 col. 2. &c. Sed non est ut Patrum horum moveamur autoritate. Hieronymo enim (quem R. Abarb. Comment. in Es. f. 29 col. 4. optimo jure חכם מגדולי חכמי נוצרים *unum e doctissimis Christianorum nominat*) opponimus curiosissimum antiquitatum suæ gentis Scrutatorem Flav. Josephum, qui eos παραδόσεις ἀγράφους *Traditiones non scriptas rejecisse*, contra τὰ γεγραμμένα *quæ scriptis comprehensa*, amplexos affirmat, non facturus id, si contrarii fuisset convictus. Ita enim l. 13. Ἀρχαιολ. c. 18. p. m. 453. scribit: Νῦν δὲ δηλῶσαι βούλομαι ὅτι νόμιμα πολλά τινα παρέδοσαν τῷ δήμῳ οἱ Φαρισαῖοι ἐκ πατέρων διαδοχῆς, ἅπερ οὐκ ἀναγέγραπται

ἐν τοῖς Μωυσέως νόμοις ; καὶ διὰ τοῦτο ταῦτα τὸ σαδδουκαίων γένος ἐκβάλλει λέγων ἐκεῖνα δεῖν ἡγεῖσθαι νόμιμα τὰ γεγραμμένα, τὰ δ' ἐκ παραδόσεως τῶν πατέρων μὴ τηρεῖν, καὶ περὶ τούτων ζητήσεις αὐτοῖς καὶ διαφορὰς γίνεσθαι συνέβαινε μεγάλας, τῶν μὲν σαδδουκαίων τοὺς εὐπόρους μόνον πειθόντων τὸ δὲ δημοτικὸν οὐχ ἑπόμενον αὐτοῖς ἐχόντων, τῶν δὲ Φαρισαίων τὸ πλῆθος σύμμαχον ἐχόντων. *Nunc enim indicandum est quod multas constitutiones a majoribus per manus acceptas Pharisæi tradiderint populo, quæ non sunt scripta inter leges Mosaicas: & ideo Sadducæi his autoritatem abrogant, dicentes oportere eas tantum servari quæ scripto continentur; atque hinc magna inter utrosque exorta est controversia, dum ditiores stant a partibus Sadducæorum, Pharisæi cætera multitudinis utuntur favoribus.* Quo minus vero de sola Mosis lege hæc intelligamus obstat, quod sic omnes reliqui sacræ Scripturæ libri dicendi sint παραδόσεις ἄγραφοι, non sine manifesta ἀτοπίας nota, uti bene monet doctis. Scaliger Elench. Trihæres. Nicol. Serarii c. 16. Accedit Thalmudistarum autoritas, dogmata contra sectarios hosce e Prophetis & hagiographis probantium, certissimo indicio θεοπνευστίας honorem libris his ab iis fuisse tributum, *stultum enim foret, ut verba Hieronymi supr. cit. nostra faciamus, inde proferre testimonia, quius autoritatem non sequebantur.* Cæterum ne cui minus certa hæc videantur, ipsa disputationis verba e Cod. סנהדרין f. 90.2. l.26. in rei fidem hic damus:

שאלו צדוקין רבן גמליאל מניין שחק״בה מחייה המתים אמר להן מן התורה ומן הנביאים ומן הכתובים ולא קבלו ממנו מן התורה דכתיב ויאמר יי׳ אל משה הנך שוכב עם אבותיך וקם אמרו ליה ודילמא וקם העם הזה וזנה מן הנביאים דכתיב יחיו מתיך נבלתי יקומן הקיצו ורננו שכני עפר כי

טל אורות

טל אורות טלך וארץ רפאים תפיל ודילמא מתים שהחייה יחזקאל מן הכתובים דכתיב וחכך כיין הטוב הולך לדודי למישרים דובב שפתי ישנים ודילמא רחושי מרחשן שפוותיה בעלמא וכו׳

i. e. *Rogarunt Sadducei R. Gamalielem, undenam probaret, Deum mortuos resuscitaturum? Is respondit; Ex lege, ex Prophetis, ex Hagiographis. At hi non acquieverunt. Ex Lege,* Q. D. *Et dixit Dominus Mosi, ecce tu cubans cum patribus tuis & surgens* Deut. XXXI. 16. *Replicarunt isti: annon hoc ita exaudiendum: Et surgens populus hic scortabitur? Ex Prophetis* Q. d. Es. XXVI. 19. *Vivent mortui tui, resurgent cadavera mea, expergiscimini & cantate, habitantes pulverem. Nam ros iterum ros tuus est. At forte id pertinet ad mortuos, quos Ezechiel vivificavit. Ex Hagiographis: Q. D. & palatum tuum sicut vinum optimum manans amico meo in rectitudine, quod facit loqui labia dormientium* Cantic. VII. 10. *At forte, ajebant illi, labia motitando motitabantur quemadmodum vulgo fit.* Plura concinnare instituti ratio prohibet, quum hæc omnia pluribus atque eruditissime jam persecutus sit, Vir de universa Ecclesia Christi meritissimus, D. Val. Velthemius Patronus atque Præceptor noster ætatem devenerandus, in Tergemino Specimine Disputationis Christi ad Matth. XXII. §. XI. p. 9. sqq. Quod vero Sadducæi *παραδόσεις* rejiciant omnes, nulli obscurum esse poterit, qui antiquitatum Judaicarum non plane expertem se fatetur. Nota vox Rabbinorum communi fere consensu firmata: אין להם קרא אלא כמשמעו: *Nil iis* sc. Sadducæis, *est authenticum nisi Scriptura κατὰ τὸ ῥητὸν accepta.* Gorionid. c. 29. sub fin. הנה הפרושים היו אומרים נשמור התורה אשר מסרו אבותינו בידינו מפורשה על פי החכמים אשר פרשו את התורה לקבלה והנה הצדוקים אומרים לא נאמין ולא

ולא נשמע לכל מסרת ולכל פירוש כי אם להורת משה לבדו *Ecce Pharisæi dicebant, servemus legem, quam tradiderunt Majores nostri in manus nostras, explicatam ad mentem Sapientum, qui exposuere eandem iuxta traditiones, Sadducæi autem dicunt, ne credamus & ne audiamus ullam traditionem aut ullam expositionem, nisi legem Mosis solam.* Ita quoque Elias Levita in תשבי *Negant legem oretenus traditam, & non credunt nisi quod extat in Lege scripta. Ideo vocant eos Karraim quasi Scripturarios. Nam* מקרא *Scripturam significat.* conf. Joseph. l. c. Id. Αρχαιολ. l. 18. c. 2. Φυλακῆς ᾗ οὐδαμῶν τινῶν μεταποίησις αὐτοῖς ἢ τῶν νόμων. *Nec quicquam præter legem servandam existimant.* (c) Patet hoc e l. c. R. Eliæ Levitæ, nec non autore Kabbalæ Historicæ f. 40. citante Buxtorf. Lex. Talm. rad. קרא ubi hæc reperire licet: *Et cepit rex octingentos ex Magnatibus Pharisæorum & vincivit eos catenis ferreis, adduxitque eos Hierosolymam. Apparavit autem convivium magnum omnibus ministris suis super tecto palatii sui, in loco excelso, ubi comederunt, biberunt & inebriati sunt cum eo* גדולי הקראים *magnates Karraeorum. Cum vero hilariori esset animo, præcepit produci octingentos illos vinctos e magnatibus Pharisæorum suspenditque eos omnes in conspectu suo, videns, bibens ac lætus.* It. *Post mortem Alexandri regnavit uxor eius Alexandra, quæ habuit duos filios Hircanum & Aristobulum. Hircanus vir probus & rectus fuit, amator Pharisæorum, Aristobulus vir bellicosus, Karraeorum amator. Regina mater Pharisæorum protectrix fuit, voluitque omnem Israelem ipsorum religionem amplecti. Sic Hircanum constituit Sacerdotem summum, Aristobulum autem ducem Exercitus* והרשת את הפרושים על הקראים ואמרה הנם בידיכם כטוב בעיניכם עשו להם *Dominium autem dedit ipsa Pharisæis super Karraeos, dixitque ipsis: En ipsos in manu vestra, agite cum*

§. X.

Verum Karræos pro Sadducæis (Secta tempore Salvatoris nostri vigente) sumptos, considerationi nostræ haud substratos volumus, sed קראים de quibus commentari nonnulla in animum induximus nostrum, *sunt Judæi hodienum existentes* (veteres enim Sadducæi nuspiam nunc comparent) qui, quoad fundamentum fidei præcipue, plane ab Apellis reliquis faciunt divortium, Sadducæos in hoc (in aliis enim ab ipsis discrepant) imitati, quod Scripturam sacram totalem credendorum normam constituant, rejectis omnibus Traditionibus, Constitutionibus & Glossis Rabbinorum, quas Judæi Rabbanistæ in θεοπνευςίας thronum inani atque impudenti ausu evehere conantur.

§. XI.

Hos ergo jure meritoque קראים nominari (f) nemo ibit inficias, sunt tamen & alias quibus insigniri solent

ipsis ut placuerit in oculis vestris. Egredientibus ipsis e conspectu eius, inciderunt in Dogerum magnatem Karraeorum, interfecerunt eum gladio, populumque multum ex Magnatibus Karraeorum simul trucidarunt, ita ut pessime tunc hæreticis istis fuerit. Plura non addimus ne nimium excrescat Tractatio.

(f) Doctissimus Fullerus Misc. l. 2. c. 3. p. m. 159. vocat ἀναγνώςας.

ſolent nomina. Audiunt ſc. בני מקרא it. בעלי מקרא (g) nec non בעלי פסוק (h) ſenſu cum præcedenti plane eodem (i)

§. XII.

Quum igitur de nomine Karræorum præmiſerimus nonnulla hactenus, non quæ dici poterant, ſed quæ inſtituti ratio permittebat; haut ἀμεθόδως procedere nobis videtur, ſi telam quam cœpimus, pertexturi, pedem ad huius ſectæ originem, ſeu primos promoveamus natales, iisque tribuamus caput ſecundum.

(g) R. Jehuda Pocki in libro quem inſcripſit שער יהודה ſe eſſe מערת בני מקרא *ex cœtu* ſeu Secta *Judaeorum Scripturariorum*, affirmat. vid. Selden. de Anno Civ. & Calend. vet. Jud. c. 2. p. 7. Judæi vero Rabbaniſtæ in MStis Codd. quos perluſtravimus, Karræis dicuntur בעלי הקבלה abbreviate ב"ה *Traditionarii*, rarius רבנים *Rabbaniſtæ.*

(h) Ita R. Elias in תש"בי

(i) Vid. citat. Præceptor noſter Danzius in Interpret. §. 27. p. 35.

20

DE ORIGINE KARRÆORUM.



CAPUT II.

De
Karræorum Origine.

§. I.

QUo facilior autem nominis inveſtigatio nobis obtigit, eo maiores in origine Sectæ eruenda experiemur difficultates. Commune enim fere eorum fatum eſſe videmus, qui de Sectis Judæorum commentari nonnulla ſibi propoſuere, ut in limine ſtatim hæreant, & origine Sectariorum inveſtiganda hæſitent, mirum quantum. Luculenter id teſtantur, quæ de Phariſæis, Sadducæis, Eſſæis, Samaritanis, Herodianis &c. concinnata poſſidemus a Scaligero, (a) Druſio, (b) Hottingero, (c) Leusdenio, (d) Lightfooto, (e) Carpzovio, (f) Pfeiffero, (g) Spanhemio (h) &c. Quare

(a) In Elench. Trihæres. (b) De Sect. Jud. (c) Theſ. Phil. (d) Philolog. Ebr. Mixt. (e) Hor. Ebr. in 4. Evang. (f) Introd. in Th. Jud. (g) Dub. Vexat. & Matæol. Jud. (h) Dub. Evang.

si nos etiam (i) in salebrosa hac minusque tuta aut trita semita haut adeo firmo incedentes talo deprehensi fuerimus, eo benigniores Censores experturos speramus.

§. II.

A Judæis sane nihil aut parum subsidii sperandum, quum doctiores tantum non omnes fateantur (k), maximam eorum partem in propria historia cœcutire, extra sphæram vero domesticæ historiæ abreptam ubique φλυαρεῖν.

§. III.

Nihilo secius tamen, quid Judæi קראים primo de suis natalibus sani nobis pandant perquirendum; non hoc e propriis ipsorum Scriptis cognituri, quorum paucissima numero, atque doctissimis quibusque ignorata, (l) sed ex epistolis *αὐληκίων* communicatis.

§.IV. Quem-

(i) שקטנם עבה ממתני׃ *quorum minor digitus crassior est lumbis meis.* (k) Hellados & Latii sospitator *Casaubon.* Exerc. 1. Anti Bar. Rabbinis in historia etiam sacra (nam in omni alia talpis ut plurimum cæciores sunt) quam parum fidei sit tribuendum, ignorat Eruditorum nemo. *Campeg. Vitringa* in Præf. ad Observ. sacr. l. 1. Nullum enim genus scientiæ intactum reliquerunt, nisi quod jam ἀφ' ἡμερῶν negligentissimi fuerint historiarum. Brian. Walton, App. Bibl. Prol. III. §. 35. ob crebras dispersiones & exilia facti sunt in propria historia peregrini. Ita ut nihil firmi in historia ex iis hauriri possit, nec tuto iis fidendum, nisi res aliunde confirmetur, ut inquit D. Grotius. conf. Hug. Grot. in Matth. XXIV. 24. Lent de Pseudo Mess. c. 1. §. 10. (l) Wülfer. Animad. in Ther. Jud. R. Salom. Zebi c. IV. §. 16. p.

m. 288. sq. ita: *Cæterum fateor, adeò felicem a fortuna hactenus me nondum fuisse, ut eorum scripta invenire potuerim quamvis omnem moverim lapidem & Byzantines quoque Judæos ea de re præterito anno compellarim, quorum responsum lubens cum B. L. communico:* על דבר ספרי הקראים

פעמים שלוש עם זאת נדרשתי ממיודעי לקנותם ולא עצר כח השתדלות להפיק רצונם גם היום במצות מ״עכת דברתי עם חברי ותזרנו על רוב בתי מדרשות אולי אמצאם ולא מסתיעא מלתא ואמר לי זקן חכם שהספרים הללו נדפסים כבר מכרו אותם לעולמים אשר היה מלפנינו ונתפזרן בגולה ושאריתם הלכו הלוך וחסור בלהב ההלקה ממדינתינו שנפלה פעם אחר פעם בזמים ההם ובזמן הזה ואין שום ספר מזכרונם כי אם אחד בכתב יד ישן נושן ומטושטש הדין שלא ירוץ הקורא בו: i. e. *Aliquoties jam a certis quibusdam amicis, Karraitarum scripta emere, magna animi contentione jussus sum, nunquam tamen petitioni eorum satisfacere virium mearum erat, utut sedulo allaborarim. Imo jussu Cl. T. cum Collegis meis hodie collocutus, auxilium eorum imploravi, & licet magnam partem omnes scholas nostras perquisiverimus, spe libellos istos consequendi, voti tamen nostri damnari nunquam potuimus. Narravit nihilominus nobis senex quidam, vir doctus, libros illos jam olim typis excusos, multo abhinc retro tempore venditos fuisse, eosque qui adhuc reliqui erant, per incendia, quæ hodienum & olim sæpissime hic orta sunt, periisse, ut adeo nulla apud nos eorum supersit copia, præter unicum penna exaratum, manuque pervetusta conscriptum, & atramento adeo commaculatum ut a nemine legi possit.* Buxtorf. Synag. Jud. c. 1. p. 2. Edit. Noviss. Hinc etiam suos habent peculia-

res

§. IV.

Quemadmodum autem nulla fere ſecta reperitur, quæ non omnibus in id incumbat viribus, qui aliquam & ſibi & dogmatibus ſuis antiquitatem vendicet (n): Sic

res libros, rituales, precum & alios, quamvis *hactenus illos libros mihi videre non contigerit*. Extare tamen a fide dignis Judæis accepi. Hottinger Primit. Heidelb. Diſp. I. p. 23. de Karraitis altera Judæorum ſecta meum non eſt hoc loco judicare. *Neque enim ſcripta eorum hactenus inſpicere mihi licuit.* Quin quod mirum, doctiſſ. Wagenſeilius, qui tamen maximam Europæ partem emenſus, omnes Judæorum Bibliothecas perluſtravit in Tel. Ign. p. 596. ſcribit: *Mihi quod doleo, nec Karræorum libros tractare unquam licuit, nec Karræum hominem oculis uſurpare.* Non Angliæ ſolum, ſed ſeculi noſtri decus Celeberrimus Seldenus de Anno Civ. & Calend. Vet. Jud. c. 2. p. m. 7. unum ſolummodo typis excuſum ſe indeptum affirmat his verbis: Libri Scripturariorum, quantum hactenus ediſcere potui, admodum ſunt pauci. *Nec* quidem *typis impreſſum, alium mihi videre contigit, præter unicum illum* שער יהודה *dictum, ſeu Portam Jehuda, qui totus eſt* ערות *(forte* עריות) על ענין *de Inceſtu & Concubito Illicito, autore Rabbi Jehuda Pocki* מערת בני מקרא *ex cœtu ſeu Secta Judæorum Scripturariorum. Editus eſt hic Conſtantinopoli anno Mundi juxta eorum calculum 5342. ſeu Chriſti 1582. Neque alius omnino Judæi alicuius Scripturarii Codex MStus ad manus meas pervenit, præter jam memoratum Eliam ben Moſeh, qui & ſubinde* (Seder. 2. in calce) *ſe vocat* מגנרויא *(forte leg.* בכר (מגנדויא לעיח *Filium honorati Rabbini Moſeh Candienſis, forte pro Cretenſi &c.* (n) *Magnam antiquitas rei conciliat autoritatem atque gratiam* iuxta illud Philoſophi l. 1. Metaphyſ. c. 3.

Sic in Karræis hoc obſervare licet quam clariſſimè. Non enim nudius tertius ſe exortos, verum reduces e decem tribubus in captivitatem a Salmanaſſare abductis dictitant, religionem veram apud ſe ſolos agere ſuperſtitem πὺξ καὶ λὰξ contendentes. (o)

D §.V.Aſt

πρεσβύτατον τιμιώτατον, *Antiquiſſimum maxime venerandum.*

(o) Peringerus in Ep. ad Illuſtr. Ludolfum, Linguæ Æthiopicæ reſtauratorem feliciſſimum, quam ut alia lectu digniſſima, erudito orbi communicavit doctiſſ. Tenzelius in Dialog. ἱμμήνοις anno 91. menſ. Jul. p. 572. hoc ipſum comprobat. Non poſſumus nobis temperare, quin integram, ceu inſtituto noſtro maxime inſervientem hic conſpiciendam, præbeamus. Ita autem citat. Peringerus d. 15. April. anno M DC XCI.

Vir Nobiliſſime

Domine & Fautor pl. honorande

Quod in Epiſtola Suedica, ut certiſſima erga me amoris prænuncia, ſignificare volueris, non ingratum Tibi futurum, ſi de ſtatu Karraitarum in Lithuania commorantium indicavero; idque officium lubens ſuſcipio, gratulorq; occaſionem mihi oblatam, quo ſimul debitas agere liceat gratias, pro inſigni illa humanitate, qua me, cum ante annos hos undecim Francofurti per dies aliquot morarer, amplecti dignatus fueris. Nihil autem magis in hac parte optaverim, quam operam meam, tantæ expectationi ſufficientem. Interea hæc de Karraitis refero.

D De-

Degunt illi in Lithuania variis locis, Birsæ, quod castellum est, & oppidum ditionis Principum Radzivilliorum, Pozcolæ, Neostadii, Koronæ, Trocæ alibique, moribus, lingua, religione, imo & facie a Rabbanistis, quorum feracissima est hæc regio, valde diversi: lingua illis materna est Tartarica sive potius Turcica, qua etiam libros sacros explicant, in Scholis & Ludis. Eius specimen priorum Geneseos versuum hic mitto: (בראשית ברא)

אֵינְכְ בַשְׁטָן יֵירַטְטִי טֵגְרִי אוֹשׁוֹל אוֹל סוֹכְלַרְנִי רָא אוֹשׁוֹל
יֵירְנִי׃ (והארץ) דַאוֹלֵייר אֵידִי וֵירָץ דַנוּשׁ דָקַרַנְגִילִיק
אֵידִי יוֹצוּ אוּסְטוּבָה דַרְיָינִין דַכוּצְלִי יֵיל שׁוּבוּל דַרֵידִא
יוֹצוּ אוּסְטוּנָא אוֹל סוֹכְלַרְנִין׃ (ויאמר) דַאֵייִטְטִי טֵגְרִי
בוֹלְסֵן יֵירִיק דַכוּלְרוּ׃

Credo eadem terra quondam exivisse, qua se genitos dicunt Tartari illi Muhammedani, qui Vilnæ & in confiniis habitant, quique sacra sua secundum instituta Muhammedis celebrant, & ipsi facie Karraitis valde similes. Synagogas habent a septentrione versus Austrum dispositas, quia, ut ajunt, Salmanasser Septentrionem versus illos abduxit, unde & oraturi faciem ad Austrum, ubi putant Hierosolymas esse, dirigere solent. Et ne quis incautior hoc in officio sacro errare possit, est ad lævam ab introitu Synagogæ affixa parieti charta, majoribus signata literis: מזרח מבוא לשער׃ *Non Pentateuchum solum, ut aliis creditum est, sed universos Veteris Testamenti libros pro Canonicis recipiunt. Sed quod*

mirum,

mirum, valde negligentes in cura antiquissimorum Codicum, quippe ipsi a Rabbanistis sive laceras, sive quocunque modo temeratas membranas legis Mosaicæ in usum Synagogæ suæ redimunt, de litteris redundantibus vel deficientibus parum soliciti: puncta tamen vocalia a Mose esse dicunt & traditiones illas, quæ cum Scriptura & & sana ratione conveniunt, non rejiciendas affirmant. Dicunt se esse propaginem decem tribuum, quas partim in Tartaria subsedisse volunt. Quam tamen de tribubus sententiam improbare videbatur, vir stupendæ eruditionis Andreas Mullerus Greiffenhagen, cum Stettini in transitu ipsum alloquerer. Sed velim super his scire quid sentias, Domine Nobilissime, dum me interim tuo favori commendatum cupio

Nobilissimo Nomini Tuo

addictus & ad obs.

G. Peringer.

Idem nonnihil confirmat Antonius Legerus (de quo conf. Buxtorf. Biblioth. Rabb. Præf. ad Append. p. m. 435.) Ecclesiæ olim Genevensis Pastor in Ep. ad Cl. Hottingerum subjuncta Thes. ipsius Philolog. p. 583. *Karraita*, scribit, *Constantinopolitani jactant, se reliquias esse Veterum Ebræorum, qui ibi habitabant tempore Constantini M.* Plures addere supersedemus, quum e citatis quilibet de veritate rei judicare possit.

 (p) Cod.

§. V.

Ast, sententiam hanc de decem tribubus (de quorum reditu ad veram Ecclesiam, (p) itemque commorationis loco, (q) digladiantur inter se Ebræi) assensu minus dignam esse, facili negotio dare poterimus probatum. Certe qui patrios repetiere lares (aliquos enim rever-

---

(p) Cod. סנהדרין c. XI. th. 3. עשרה שבטים אינן עתידין לחזור שנ׳ וישליכם אל ארץ אחרת כיום הזה מה היום הולך ואינו חוזר אף הם הולכים ואינם חוזרים דר״ע ר׳ אליעזר אומר מה היום מאפיל ומאיר אף עשרת השבטים שאפל להן כך עתיד להאיר להן' *Decem tribus non revertentur Q. d.* (Deut. XXIX. 28.) *& abjecit eos Dei in terram aliam sicut dies hic. Dies abit non redit: atque etiam illi abeunt non redeunt. Verba R. Ackibæ. R. Elieser ait: Velut dies inducit tenebras & vicissim lucem: ita etiam decem tribus, quas modo caligo tenet, futurum est ut luce nova collustrentur.* conf. de R. Ackibæ asserto R. Abarb. in Amos. f. 248. col. 3. sub fin. (q) Joseph. l. II. Capt. c. 5. ὁ δὲ πᾶς λαὸς τῶν Ἰσραηλιτῶν κατὰ χώραν ἔμεινε, διὸ καὶ δύο φυλὰς εἶναι συμβέβηκεν, ἐπί τε τῆς Ἀσίας καὶ Εὐρώπης Ῥωμαίοις ὑπακουούσας. Αἱ δὲ δέκα φυλαὶ πέραν εἰσὶν Εὐφράτου ἕως δεῦρο μυριάδες ἄπειροι καὶ ἀριθμῷ γνωσθῆναι μὴ δυνάμεναι. *Reliquus vero omnis populus Israelitarum, in sedibus suis remansit, quare tam in Asia quam in Europa, duas duntaxat tribus in obsequio Romanorum esse contigit, at reliqui decem tribus, etiam hoc tempore, trans Euphratem adhuc degunt, quorum sunt infinitæ myriades, plane ut propter numerorum multitudinem, nosci haud queant.*

R. Benjamin Tudelensis in מסעות ס׳ viam ad decem tribus monstrat p. 151. ומשם מהלך שמונה ועשרים יום להרי נסבון אשר על נהר גוזן ויש שם אנשים מישראל בארץ פרס שהם משם ואו מריסכי בערי נסבור ארבעה שבטים מישראל שבט רן ושבט זבולון ושבט אשר ושבט נפתלי הגולה הראשונה שהגלה שלמנסר מלך אשור כמו שכתוב ויגלם בלחלח וחבור הרי גוזן הרי מרג ומהלך ארצם עשרים יום ויש להם מדינות וכרכים בהרים מצר אהר מקיף אותם נהר גוזן ואין עליהם עול גוים כי אם נשיא אחר עליהם ושמו רבי יוסף אמרכלא הלוי וכו׳ i. e. *Illinc viginti atque octo diebus continuis via facta in montes Nisbon veni, qui fluvio Gosan defluenti imminent atque Persidis regno adscribuntur, ubi multi ex Israelitis sunt. Asserunt vero in illis urbibus montanis Nisbon, quatuor tribus Israelitarum habitare in prima deporatione a Salmanassare Assyriorum rege abductas, videlicet Dan, Sebulon, Assur & Naphthali, sicut scriptum est: & abduxit eos in Lachlach & Chabor montes Gosan, montes Mediæ. Horum regio ad viginti dierum iter portenditur, multis urbibus & castellis habitata, montana fere omnis, quam ex altero latere Gosan fluvius alluit. Cultores autem ipsi nulli gentium jugo subsunt, sed a Praefecto quodam reguntur, cui nomen nunc est Joseph Amarcala Levita.* Ad eandem regionem Abraham Peritsol viam præmonstrat in ארחות עולם *E Portugallia nempe legendum esse Cabo verde, deinde Cabo di bona Speranza circumvehendum. Inde præter navigato sinu Barbarico Mare algosum petendum, ibi in littus descendenti, desertum Chabor patere.* Sed merito suspecti hi sunt, fide

 ipso-

ipsorum apud Eruditiores non modo pridem decocta, sed hac in parte quoque labescente, quum alter desertum Chabor in Perside, alter in Arabia quærere jubeat, certissimo figmenti indicio. Alii eos ultra fluvium Sambathionem (de quo conf. Beresch. Rabba Sect. 11. Cod. סנהדרי׳ f 65. 2. Glossa ad h. l. R. Gedal. in שלשלת הקבלה f. 63.37. R. Abrah. Zachuth in יוחסין f. 155. R. Benj. Tudel. in ס׳ מסעות p. 205. ס׳ נצחון p. 8. R. Abarb. in Es. f. 28. col. 4. f. 45. col. 2. Joseph. de Bello Jud. l. 7. c. 13. &c.) rejiciunt, ita in רבא בראשית Sect. 73. לא למקום שגלו עשרת השבטים גלה שבט יהודה ובנימן עשרת השבטים גלו לפנים מן נהר סמבטיון שבט יהודה ובנימין מפוזרים בכל הארצות: *Non ad locum in quem deportatæ sunt decem tribus, deportata quoque est tribus Juda & Benjamin, decem tribus deportatæ sunt ultra fluvium Sambathion, tribus Juda & Benjamin dispersæ sunt in omnes terras.* R. Sal. Isaacides ad Es. XXVII. 3. לפי שנפוצו לפני׳ מן הנהר סמבטיון קראם אובדים: *Ex quo dispersæ fuerunt ultra fluvium Sambathion, vocat eos perditos.* Agmen tandem claudat R. Abarbenelis (cui Hug. Grot. in Annot. ad l. 1. de J. Belli & P. c. 2. n. 6. singulari indulgentia *Illustrissimi* nomen tribuit) de Judæis aliquibus & Israelitis testimonium, quod proferimus e Comment. in Es. f. 201. cul. 2. cc. med. והנה בימים האלה אשר כתבתי זה ראיתי בכתב אמתי שהביאו בני המערב ההולכים היום ממלכות פורט״וגאל לארץ הודו להביא הבשמים שהעידו שראו שמה יהודים הרבה והביאו כתב מיד חכם אחד מהם והם אומרים שהמה מבני יהודה ובנימין מאותם שגלה סנחריב

מערי

reversos valde probabile, (r) nunquam peculiarem leguntur constituisse Sectam, sed absque dubio cum reliquis in unam coaluere gentem. Quid? quod absumptis genealogiis publicis, omnis distinctio tribuum pridem apud ipsos cessarit. (s) Sola quoque, quantum qui-

---

מערי יהודה קודם חרבן ירושלים על ידי נבוכדנצר כמו שנזכר בסדר עולם ושהניח אותם אחרי הררי חשך ושהם לא שבו בבית שני ואמרתי אני אל לבי שלהיותם שמהקרובי' במושבותם לי' שבטים שהגלה סנהריב וכו *Ecce diebus hisce, quum hæc scriberem incidi in scriptum fide dignum, quod Occidentales, qui nunc e regno Portugalliæ in Indiam apportandorum aromatum causa excurrunt, attulere, qui testantur, quod ibi Judæos plurimos offenderint, instructi quoque erant scripto, per doctum aliquem exarato, dicunt vero quod e tribu Juda & Benjamin creti, ex istis, quas abduxit Sancherib e civitatibus Judææ ante desolationem Hierosolymitanam per manus Nabuchodonosoris, quemadmodum docetur in Seder Olam, relictos autem eos trans montes Tenebrarum* (de quibus conf. Gorionid. in lib. יוסיפון c. 10.) *nec reversos ad Templum secundum. Cogitavi vero, sunt isti propinqui decem tribubus, quas quoque deportavit Sancherib. &c.* His omnibus præferenda videtur compilatoris Kimchiani R. Sal. Aben Melechi ingenua de tribus his decem confessio, cum in comment. in Ezech. c. 36. f. 157. col. 3. scribit: עשרת השבטים בעלמו עד היום *de decem tribubus hodiernum in diem nil certi constat*, cui nostrum quoque commodamus assensum. (r) Pluribus id evincit B. Franzius in aureo Tr. de Int. S. S. p. m. 1214. (s) Ipsi hoc fatentur Judæorum Rab-

הכתות הארורות של מינים ויקראו באלו הארצות ר״ל מצריים קראים ושמותם אצל החכמים צדוקים וביתוסים והם אשר התחילו להשיב על הקבלה ולפרש על הפסוקים כפי מה שראה להם מבלתי שישמעו חכם כלל׃ *Ab isto tempore egressæ sunt Sectæ istæ maledictæ hæreticorum, qui vocantur in hisce terris sc. Ægypti, Karrai. Nominantur autem apud Sapientes Sadducai & Baithosai, & ipsi incœperunt opponere se traditionibus Seniorum, & inhærere soli textui Biblico, prout conveniens ipsis videbatur, nec audiebant ullum Sapientem omnino.* Ita quoque sentit R. Lipman in נצחון num. 62. p. 39. מכאן אסתיר צדוקין הנקראים בזמנינו קראים שמיאנו אבותיהם לקבל תורה שבעל פה׃ *Hinc refellam Sadducæos, qui hodie vocantur Karrai, quorum patres renuebant recipere legem oretenus propagatam.* Sic R. Aben Esra. החכם *Sapiens κατ' ἐξοχὴν* suis dictus, R. Mosche bar Nachman, R. Sal. Zebi & alii passim sub Sadducæorum nomine, Karræorum dogmata perstringunt, quorum loca brevitatis studio adducere supersedemus. Sicuti vero necquicquam cum nonnullis ab hac sententia excipimus R. Abraham Zachut, in ס׳ יוחסין enim p. 15. col. 1. sub fin. aliud his verbis docet: ובזמן אלו המלכים התחילה גם כן כת הקראים ונקראו גם כן צדוקים וביתוסים׃ *Tempore horum regum* (Alexandri & Johannis) *initium etiam cepit Secta Karræorum, qui quoque vocantur Sadducai & Baithosai.* Neque aliquid ex toto libro, quamvis a capite ad calcem usque diligenter perlustrato, se nobis obtulit, quod istorum accedat sententiæ, verba enim quæ probationis loco proferunt. §. sq. adducenda Editoris sunt non Zachuthi prout bene observat Odhel. in Synag. Bifront. p. 4. Ita ut emunctæ naris Judæum R. Is. Abarbanelem ei ὁμόψηφον pronunciemus

 cum

sum iisdem, vix a nobis impetrare possumus, plane enim contrarius est acutissimus Apella Majmonidi, uti ex integro contextu, quem hic e נחלת אבות in rei fidem sistemus, patet; Ita autem sermocinatur: ואם צדוק וביתוס
תלמידין לא ידעו דרכיו ולא הבינו כוונתו
בדבריו ונטו לבעוט בדברי חכמים ולפרוק מעליהם
עול התורה ואמתת הקבלה ומהם נעשו כת
הקראים עד היום הזה לא מפני זה ראוי שנחשוב שכיון
השלם אנטיגנוס כי אם לדעת שלם ובריא אולם
Quamvis autem Zadok & Baithos discipuli eius (Antigoni) *modum docendi ipsi familiarem non noverint, nec sententiam verborum eius intellexerint, atque occasionem inde sumserint verba Sapientum contemnendi jugumque legis & traditionum a se removendi, atque illinc extiterit Secta Karræorum in hunc diem usque*, (sc. ut credit Maimon) *tamen ob id non existimare nos decet Antigonum perfectum sententiam minus perfectam nec firmiter sibi consistentem fovisse.* Locum vero sic exponendum suadent Abarbanelis verba subseq. f. 32. ראין
אלה כת צדוק וביתוס כי הצדוקים וביתוסים
הם מינים ואפיקורוסים מכחישים ע"ה ואינם
סהקראים וכבר העיד על זה החבר למלך הכוזרי
Non autem fuit eadem illorum (sc. Karræorum) *secta quæ Zaducæi & Baithosæi, nam Sadducæi & Baithosæi hæretici erant & Epicuræi; negantes seculum futurum, adeoque a Karræis diversi, quod jam pridem ostensum Regi Cosar.* Fidem asserto quoque facit R. Asarias Italus, hebraice & quod in homine Judæo mireris, græce & latine doctissimus, in opere insigni מאור עינים ita enim de Abarbanele: גם
השר דון יצחק נוטה דעתו *Princeps etiam Don Isaack inclinat in sententiam illius* sc. Cosri.

§. VIII.

§. VIII.

At vero vix ac ne vix quidem id nobis persuadebunt hi, quos modo nominavimus, Judaismi Hyperaspistæ, ut enim alia quæ sententiam hanc urgent, oppido plurima, taceamus, sola diversitas dogmatum, aliam ipsis atque saniorem ingenerare mentem poterat haud difficulter. Neque enim unquam Karræi leguntur (u) vel negasse vel dubitasse de resurrectione mortuorum, seculo futuro, præmiis atque pœnis in eo sperandis, Angelis Providentia &c. quæ omnia strenue infitiabatur Sadducæorum factio. (x)

(u) cap. sq. de dogmatibus Karræorum pluribus hoc demonstratum dabit. (x) vid. Act. XXIII. 8. Matth. XXII. 23. Luc XX. 27. Marc. XII. 18. Joseph. l. 2. Αλώσ. c. 12. sub fin. Σαδδυκαῖοι δὲ τὸ δεύτερον τάγμα τὴν μὲν εἱμαρμένην παντάπασιν ἀναιροῦσι, καὶ τὸν Θεὸν ἔξω τοῦ δρᾶν τι κακὸν, ἢ ἐφορᾶν τίθενται. Φασὶ δὲ ἐπ' ἀνθρώπων ἐκλογῇ, τό τε καλὸν καὶ τὸ κακὸν προκεῖσθαι καὶ τὸ κατὰ γνώμην ἑκάστου τούτων ἑκατέρῳ προσιέναι. Ψυχῆς δὲ τὴν διαμονὴν, καὶ τὰς καθ' ᾅδου τιμωρίας, καὶ τιμὰς, ἀναιροῦσι. καὶ Φαρισαῖοι μὲν φιλάλληλοί τε, καὶ τὴν εἰς τὸ κοινὸν ὁμόνοιαν ἀσκοῦντες, σαδδυκαίων, καὶ πρὸς ἀλλήλους τὸ ἦθος ἀγριώτερον, αἵ τε ἐπιμιξίαι, πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀπηνεῖς ὡς πρὸς ἀλλοτρίους. *Sadducai porro secundus ordo, fatum omnino negant; & DEum extra omnem malipatrationem inspectionemque constituunt. Ajunt autem electioni hominum vel bonum vel malum esse propositum: & secundum voluntatem propriam, alterutrum unicuique contingere. Animarum autem generaliter vel sup-*

plicia denegant, vel honores. Et Pharisæi quidem sociales, & qui studeant se mutua dilectione complecti: Sadducæi vero & inter se feris moribus discrepantes, & conversatio eorum circa exteros inhumana. Idem de immortalitate animæ nos docet Αρχαιολογ. l. 18. c. 2. *σαδδουκαίοις δὲ τὰς ψυχὰς ὁ λόγος συναφανίζει τοῖς σώμασι. At Sadducæorum opinio cum corpore extinguit simul & animas.* R. Abrah. Zachuth in ס׳ יוחסין f. 139. col. 1. sub fin. וסברת הצדוקים מתחלפת לפרושים כי אומרים שתמות הנפש עם הגוף ואין הבורא משגיח והמערכה מכרעת ואין שכר ועונש/ *Discrepant vero Sententiæ Sadducæorum a Pharisæorum placitis, dicunt enim, & animam & corpus mortis imperio subjacere, minus Deum curam gerere mortalium, omnia vero dependere ab astris, nullum quoque vel præmio vel pœna locum futurum.* Hinc post exortam hanc pestiferam Sectam, omnes fere precationes atque benedictiones terminandas decernebant ὀρθοδοξίας propugnatores vocibus לעולם ועד ad excludendas hæreticorum sophisticationes. Cod. ברכות c. 9. כל חותמי ברכות שהיו במקד/ היו אומרים מן העולם משקלקלו האפיקורוסים ואמרו אין עולם אלא א׳ התקינו שיהיו אומרים מן העולם ועד העולם וכו/ *In omnibus conclusionibus Benedictionum, quæ erant in Sanctuario, dicebant a Seculo, postquam hoc perverterunt Sadducæi & unum esse tantum Seculum dixerunt, statuerunt, ut dicerent a Seculo ad Seculum.* Pridem vero satis docte ex diversitate dogmatum e monumentis Veterum observata sententia hæc contribulium suspecta visa est editori libri יוחסין qui itaque in limine statim dissensum ab autore R. Zachutho hisce profitetur: ומשם מתבאר כי הצדוקים אינם הקראים שבזמנינו כי אלו מודים בשכר ועונש ותחיה

§. IX.

Vim argumenti quum persentiscerent Judæorum (z) aliqui atque Christianorum, non nihil ab hac diversam suam fecere sententiam, priori tamen haud plane rejecta: Remoto scil. si considerentur velo, omnino veteres apparere Sadducæos, verum exuta Patrum facie, squalore θανατηφόρων dogmatum, penitus antea penitusque obsita & deformata, pauloque nunc defæcatiores & fronte magis serena conspiciendos sese præbere. Non enim sine periculo negari hæc talia animadvertentes, ut sibi fortunæque suæ eo propitiores haberent reliquos de gente hac, nuncium mittere his μορμολυκείοις fuisse coactos.

הצדוקים ותחיה מה שאין כן i. e. *Ex eo dispalescit, quod nequaquam Sadducæi sint hodierni Karræi, neque enim hi præmium atque pœnam futuram, resurrectionem item mortuorum negant, quæ vero haud admittunt Sadducæi.* Rejecta ea propter quoque est autori ס׳ כוזרי atque aliis. Si quidem conjecturæ locus est, eo frequenter Rabbinos hunc errare crediderim errorem, quod in scriptis majorum suorum nomen Karræorum Sadducæis & contra, tributum observarent, unde eosdem plane esse augurabantur, sed non sine errore, dicti enim sic, quod in doctrina de Traditionibus unum inflent cornu. (z) R. Jehuda האריה ממודינא sive Leo Mutinensis libello Italice conscripto degli riti Ebraici, de ritibus Ebræorum Part. V. c. I. ita: *Sono certamente Saducei riformati, perche seguono le dottrine di quelli, nel' voler solamente il litterale della Scrittura, mà dove i Saducei negano l'immorta-*

lità dell' anima ed in conseguenza Inferno e Paradiso e Purgatorio e risurretione de' morti ed altre cose, questi vedendo, che stando in queste opinioni sarebbono stati da tutte le religioni al presente rigettati, poiche non solamente l' Ebrea mà tutte hoggi uniformemente credono questa verità, si sono accommodati, a crederle. Si come anco alcune traditioni molto antiche le hanno accettate, per non si render tanto odiosi anco allo stessi Hebrei, sotto nome di quali vivono anch' essi, mà il vero è certo che derivano ed erano veri Saducei.

i. e. *Sunt isti omnino Sadducai reformati, sequuntur enim hactenus illorum doctrinam, dum τὸ γραπτὸν Scriptura unice sectantur; sed quatenus Sadducai negabant immortalitatem anima atque sic per consequens infernum & Paradisum & Purgatorium ac resurrectionem mortuorum resque alias, Karrai videntes, quod tenendo has opiniones ab omnibus nunc religionibus rejiciendi forent, quia non Hebrai tantum sed omnes hodie uniformiter circa has veritates consentiunt, se disposuerunt ad eas credendas. Sic pariter aliquas traditiones multum antiquas acceptarunt, ut minus odiosas se redderent ipsis Ebrais, quorum nomen etiam illi gerunt; sed verum certumque est, ipsos ortum trahere a Sadducais & tales fuisse.* Judæum hunc secuti, Christianorum doctissimi agminatim, Cl. Buxtorf. Lex. Talm. f. 2115. *Periculosum ergo antiquitus fuit negationem seculi futuri publice docere, unde & pauciores approbatores ea pars doctrina invenit, & tandem plane evanuisse & intercidisse videtur. Unde factum ut Karrai hodierni, seculum futurum, pramia bonorum & pœnas malorum in seculo futuro credant.* Id. in Annotat. ad libr. Cosri. *Sunt propago veterum Sadducaorum, qui olim immortalitatem anima & per consequens etiam resurrectionem mortuorum infernum & Paradisum negarunt. Karrai autem hi videntes illos his dogmatibus*

§. X.

Hæc profecto ſententia iis ſtipata deprehenditur nominibus, ut illi, quibus veritatem rei ex autoritatibus dijudicare in more eſt poſitum, vel inviti aſſurgant ſit neceſſe. Quis enim non admiretur Buxtorfios? Suſpiciat Hottingerum? devoto pectoris cultu proſequatur ἰβραϊκώτατον Carpzovium, rebus humanis non ſine detrimen-

tibus exoſas eſſe apud omnes religiones, ea deſeruerunt, & in his articulis ſe cum cæteris Judæis conformarunt. Hottinger. Theſ. Phil. l. 1. c. 1. Sect. 5. *Veriſimiliter primos Karraos cum Sadducæis fuiſſe eosdem, tum aliis de cauſis, tum vero inprimis quod indifferenter nomina hæc apud antiquiſſimos autores ſumantur. Atqui abſque magno periculo reſurrectionem publice negare inter Judæos non licuit, ac proinde ſententia illa paucos nacta Patronos, probabile eſt, multos a Sadducæis defeciſſe, uno hoc communi cum iis retento dogmate, quod Phariſaicas doctrinas rejicerent.* Doctiſſ. Carpzov. Introd. in Th. Jud. c. III. §. 8. p. 11. *Sed ſalva res eſt ſi propaginem Sadducæorum ab ipſis Sadducæis diſtinguas. Veteres Sadducæos immortalitatem animarum, reſurrectionem mortuorum & Paradiſum atque infernum negaſſe certum eſt; certum & illud eſt, id omne ab hodiernis Karrais aſſeri. Hoc tamen non obſtat, quominus Karrai a Sadducæis deſcendant. Cum enim animadverterent, quam exoſi toti mundo & apud omnes religiones his dogmatibus eſſent, receſſerunt in his articulis a majorum ſuorum opinione, & meliora edocti, hæc quæ majores negabant, profitentur, in aliis interim eorum veſtigiis preſſe inſiſtentes, cæteris Judæis Rabbaniſtis ſtrenue contradicunt &c.* Ibid. § 9. *Sic de Karrais ſentiendum conſtanter tenemus.* Plures in medium proferre brevitatis lex prohibet.

mento sacratioris Philologiæ, nuperrime ereptum? Quum vero non tam ex autoritatibus quam rationibus, (a) veritatem ponderemus, neminis cediderim censura metuenda, si minus sententiæ huic, nullis rationum momentis suffultæ, premamus pollicem. Omnino enim aliquod probationis robur adjecisse conveniebat, sola conjectura rem haud conficit, quamque eo minus probabilem judicamus, quo certius edocti sumus, rebus Judæorum integris, iisque nondum omni potestate privatis, dogmata superius proposita non tantum sine omni periculo (modo non primi vim aliis inferre atque dissentientes periculis objicere intentarent) quin potius cum Magnatum applausu, (b) a Sadducæis in Ecclesia Judaica fuisse propugnata; Si autem tunc lingua menteque libera gaudebant, quid nunc sibi licitum existimabunt, contribulibus omni potestate externa exutis; a Christianis certe parum imminere periculi illis credas, quum maxima pars in terris alio sole calentibus imperioque Christiano haud subjectis vivat, si quibus Christianum inhabitare orbem contingit, eo loco plerumque delectantur, ubi pecuniarum vis summa imis-

(a) Socrates ex Gorgia Platonis ait: *Veritatem in disputando non ex teste aliquo, sed ex rationibus esse ponderandam, eamque disputandi rationem optimam esse, cum unicus in causa adversarius, ratione convictus fuerit.* (b) Joseph. Ἀρχαιολ. l. 18. c. 2. εἰς ὀλίγους τε ἄνδρας οὗτος ὁ λόγος ἀφίκετο τοὺς μέν τοι πρώτους τοῖς ἀξιώμασι. *Hujus Sectæ pauci sunt, sed fere dignitate præcipui,* Goronid. cap. XXIX. כי דלת העם

imismiſcere valet haud infeliciter. Accedit, quod odium per negationem legis oralis apud Rabbaniſtas conſcitum omne incrementum reſpuat. (c)

§. XI.

Quibus tibicinibus ſuffulciant ſententiam de Karraiſmi origine & Judæi & Chriſtiani, expoſitum hactenus luculenter; additis ſimul iis, quæ aſſenſum noſtrum remorantur adhuc, ſine dentibus tamen, ſine aculeis. Quam vero vellem ἐπέχω in difficili hac controverſia (d) eligere; alios enim Palæmonas hæc ſibi depoſcunt, quod ſi tamen libertate judicii in re indifferenti uti nobis conceſſum, ne ἀσύμβολοι compareamus, quid probabiliſſimum videatur, deproperabimus paucis.

 §.XII.

היתה ידם עם הפרושים ויהיו לעזרתם מלבד עשיריו וגבוריו כי היו עם המלך והצדוקים ולמלך היו עוזרים/ *Nam tenuis plebecula manus erat cum Phariſæis, erantque illis auxilio; præter divites & potentes ejus, qui erant cum rege & Sadducæis, eosque juvabant.* Odio expoſitos haud negamus quod non modo ex autoritate Flavii patet, ſed & confirmat R. Abrah. Zachuth in ס' יוחסין f. 139. col. 1. והמון העם שונאים אותם *Vulgus vero odio eos proſequitur*; Sed majeſtate diſſentientium cohibitum crediderim, quo minus in nervum erumperent, quæ meditabantur animo, ni ipſi Sadducæi primi occaſionem ſufficientem ſuppeditaſſent, quod factum aliquoties legimus. (c) ex infra dicendis hoc patebit, quum de odio quo Rabbaniſtæ Karræos proſequuntur, nonnulla inſpergenda erunt. (d) Adpoſite Richard. Simon in Suppl. ad Leon. Mutin. libr. degli riti Ebraici p. 135. *Initium ortus Karraiſmi exacte dare, difficultatibus non exiguis implicatum eſt.*

§. XII.

Si eos, qui de conceptione ac nativitate hæresium commentati nonnulla sunt ex antiquioribus pariter ac recentioribus perlustremus, id fere observare licet, principium quoddam fixum minus fuisse determinabile, sed vagum id fassi sint etiam inviti, propterea quod errores non simul & semel in Ecclesiam introducantur, sed quæ primum fuerint opiniones privatæ, in articulos tandem commigrent fidei. Sic rem cum Karraismo sese habere, tenemus constanter, crevit iste antequam crescere visus, sub carecta latuit quidem, at propagatus sic quam felicissime. Hinc frustra quis annum, mensem, diemque introducti dogmatis expectabit, sensim omnia exorta hæc sunt. Scilicet ita dementaverat Judæorum animos infinita illa Traditionum, quemadmodum volebant, Mosaicarum vis, ut majorem iis haberi honorem contenderent, quam ipsis S. Scripturarum libris.(e) Citius Moses cum omnibus Prophetis valere jubebatur, quam

(e) In Cod. בבא מציעה fol. 33. 4. העוסקים במקרא מדה ואינה מדה במשנה מדה ונוטלין עליה שכר גמרא אין לך מדה גדולה מזו שהכל תלוי בה *Qui occupati sunt in S. Scriptura, Virtus aliqua est, aut potius nulla; in Mischna, virtus est, propter quam accipitur premium: in Gemara virtus est qua nulla præstantior.* Eadem inculcat Cod. חגיגה fol. 10 1. ליוצא ולבא אין שלום אמר רב כיון שיצא אדם מדבר הלכה שוב אין לו שלום *Egredienti aut venienti non erit pax*, (Zach. VIII. 10.) *Rab. dixit quando egreditur homo ex constitutionibus Tal-*

mudicis deinceps non est ipsi pax. Clarius eloquitur hæc Glossa: שיוצא אדם מדבר הלכה לדבר מקרא שוב אין לו שלום שאין הוראה מדבר מקרא שהמשנה מפרשת סתימת ההורה *Quando egreditur homo ex doctrina Talmudica in doctrinam Biblicam, tunc amplius nulla ipsi pax est, quum δευτέρωσις explicet arcanum legis scriptæ.* Ruinosis hisce fundamentis sua superstruunt recentiores Rabbini; hujus furfuris est illud R. Bechai הזקן seu *Senis* in כד הקמח *Cad. Farinæ* lit. ת. f. 55. col. 3. ששה סדרים אלו הם תורה שבעל פה כי עיקר התורה היא תורה שבעל פה שאין תורה שבכתב יכולה להתבאר כי אם על ידי תורה שבעל פה וכן דרשו רבותינו זכרונם לברכה בסוף פרק אלו מציאות *Sex operis Talmudici partes sunt ipsa lex oralis, quia fundamentum legis scriptæ est lex oralis. Non enim lex scripta potest exponi nisi interveniente lege orali, pronti Rabbini nostri circa finem capitis, quod incipit* אלו מציאות (vid. בבא מציעה l. c.) *docent.* Bechaium κατὰ πόδα cum aliis sequitur R. Isaac Corbelensis in עמודי גולה f. 39. אל תחשוב כי עקר התורה בכתב כי אדרבה עיקרה אותה שבעל פה ועל תורת שבעל פה נכרה ברית דכתיב כי״ על פי הדברים האלה כרתי אתך ברית והן אוצר של הק״בה כי היה גלוי לפניו שהיו ישראל עתידין להיות גולין בין האומות ויעתיקו הגוים ספריהם לפי כך לא רצה שתכתב *Ne existimes legem scriptam Theologiæ nostræ esse Principium; quin potius ejus Principium & fundamentum est Lex oralis. Nam propter legem oralem fœdus divinum cum Israelitis pactum est, juxta illud:* (Exod. XXXIV, 27.) *Juxta verba hæc pango tecum fœdus. Atque hæc verba sunt thesaurus Dei maximi*

quam recedere a Patrum placitis vel latum unguem. (f) Quin etiam leviter saltem repugnasse, non piaculum modo, sed *Θεομαχία* plane censebatur. Hæc plerorumque mentes occupaverat perversa opinio; omnes autem omnino hunc cœcum impetum secutos, ut credamus, a vero videtur alienius. Nam semper aliquos extitisse, qui hisce contrairent, ipsa Sadducæorum compro-

ximi. *Quia enim Israelitas inter gentes fore exules easque ipsorum libros translaturas sciebat, ideo noluit, ut scriptis comprehenderetur hoc Theologiæ Principium.* Nota passim Rabbinorum ore celebrata vox בני הזהר בדברי סופרים יותר מדברי הורה *Mi fili attende ad verba Scribarum magis quam ad verba legis.* Nec non: חכמים עדיפי מנביאים *Sapientes præstantiores sunt Prophetis.* Nondum satis assaniarum, quantum distant æra lupinis, tantum quoque) Traditiones a verbo Dei literis consignato ex Recutitorum mente differre censentur in Massech. סופרים c. XII. th. 7. במשלה המקרא כמים והמשנה כיין והש״ס כקונדיטון/ *Textus Biblicus similis est aquæ, Mischna vino & Talmud vino condito.* conf. כ׳ יוחסין fol. 158. col. 1 l. 7. a fine ex סמג. Et quis sexcenta alia, quæ ultro ubivis scripta eorum pervolventi se offerunt, recensere poterit? (f) Ita diserte Massech. סנהדרין c. X. th. III. חומר בדברי סופרים מבדברי הורה האומר אין תפלין כדי לעבור על דברי הורה פטור חמש טוטפות לה וסר על דברו סופרים חייב: *Gravius peccatur circa verba Scribarum quam verba Legis: Si quis dicat phylacteria nihil sunt, ita ut transgrediatur legem, liber est. Quinque capsulæ sunt in phylacterio; ita*

probat factio: (g) si tamen omnes, congeriem illam legum πατροπαραδότων respuentes, reliquis quoque Sadducæorum dogmatibus infectos fuisse dicamus, haud dubie præter meritum injurii essemus in Gentem hanc. Meliora de iis sperare multa suadent. Ea vero hic ut conglomeremus nec temporis est, nec loci. Sic multi erant, qui a Saducæismo abhorrebant nimium quantum: sed in hoc de Lege orali Articulo amicas jungebant manus. (h) At vero non hæc, ut publice propugnarentur e re erat, habenda temporis ratio, quæ omnibus viribus contra nitebatur; Pharisaica obstabat autoritas, quo minus in nervum erumperet lis hæc. Nec erat ut de Sadducæorum sibi gratularentur patrocinio: dissonantia in reliquis fidei dogmatibus ultima quævis minitabatur. Quapropter necessitatis lege mussitarant hæc, eo unice intenti, qui tegerentur quam studiosissime, latius interim serpebat hæc doctrina, cumque die majora cepit incrementa. Interea πατροπαραδόσεις ἄγραφοι ut exitio imminenti (i) subtraherentur, undique magna cura conquisitæ, omnium

 Ju-

ut addat verbis Scribarum reus est. (g) vid. de his supra c. I. §. IX. p. 14. (h) Qui Talmudis Hierosolymitani θεο-πνευστίαν vocabant in dubium, attestantibus Ebræorum Doctoribus, non omnes fuere Sadducæi, quin forte paucissima pars. Opposuere se tamen satis mascule, & quia plurium fiebat adplausu, remoto peragebantur omnia velo. (i) Necessitate fiebat plane inevitabili, ut lex πατροπαράδοτος consignaretur literis, quemadmodum diserte id prodit Judæorum

Judæorum oculis ſe ingerebant, ſymboli (k) loco infallibilis ut haberentur ſemper, ſerio cautum. Quare non poterat celari diutius diſſenſus, ni vim inferre vellent conſcientiæ; obſignatum Talmud reſignabat novæ hæreſeos clauſtra, dum ab æterna oblivione vindicabantur tradi-

---

doctiſſimus R. Moſe b. Maimon in Præf. ad יד חזקה ſic ſcribens: ולמה עשה רבינו הקדוש כן ולא הניח הדבר כמות שהיה כבר לפי שראה שתלמידים מתמעטים והולכים והצרות מתחדשות ובאות ומלכות הרשעה פושטת והולכת וגוברת וישראל מתגלגלים לקצוות חבר חבור אחד להיות בין כולם כדי שילמדוהו במהרה ולא ישכח / *Verum enimvero quæ cauſa fuit, cur Rabbi noſter ſanctus id faceret, nec fineret rem eſſe, ut prius erat? Quia nimirum videbat paucitatem, diſceſſionemque diſcipulorum fieri, anguſtias novas oriri, regnum impium per orbem extendi, & ſummam habere poteſtatem, Iſraëlitas in ultimas regiones deportari, compoſuit opus unum, quod eſſet in manibus omnium, quo citius diſcerent nunquam obliturì.* Nullus itaque locus relictus legi, quam Raſchi e Patrum ſcriptis hauſtam profert in Comment. ad Exod. 34. 27. f. 107. col. 1. Bibl. Baſil. l. 2. a fin. ולא אתה רשאי לכתוב תורה שבעל פה *Non licet ſcriptis comprehendere Legem oralem.* (k) R. Moſes Kozenſis: לעתיד ישאל הק"בה מי הם בניו ובני ישראל מביאים ספר תורה והאומות מביאים ספר תורה אלו אומרים שהם בניו ואלו אומרים שהם בניו והק"בה שאל, מי יש, לו הסימנים שמסרתי

traditiones, memoriæ nunquam intermorituræ asserebant earum oppugnatores, e quibus *Anan & Saul* non tam autores quam promotores, caput præ aliis efferebant, falſe inanem contribulium *πατρίων παραδόσεων μανίαν* irridentes. (l)

§. XIII.

בסיני בעל פה ואין מי שיודע אותם כי אם ישראל *In futuro autem ſeculo interrogabit Deus quinam ſint filii ſui? tum gentes juxta cum Iſraëlitis librum legis proferent, utrique ſe filios ejus eſſe dicent. Itaque DEus denuo interrogabit; penes quem ſit expoſitio oralis, quam tradidi in monte Sinai? ad hoc omnes obmuteſcent, nec quisquam excepto Iſraële illius gnarus deprehendetur.* (l) Non ſe nobis commendat ſententia Morini Congreg. Orat. Paris. P.P. cum *Ananum, Saulem* & *Karcaſnaum* autores primos Sectæ conſtituit in Antiquit. Eccleſ. Orient. Ep. LXXI. quæ eſt ad Buxtorf. p. 523. Edit. Lipſ. *Initium ſchiſmatis iſtius a Judais aſſignatur anno Chr. 740. Quidam paulo citius alii paulo tardius, hoc eſt annos poſt Talmudis obſignationem circiter 60. Ex hiſtoriis enim & circumſtantiis, quas omnes referunt, & præſertim, quæ ad illa tempora proxime accedunt, evidentiſſime demonſtratur R. Aſe Talmudis compilationem cœpiſſe ineunte ſexto ſeculo & R. Joſe aliosque compleviſſe circa annum Chriſti 680. Cum igitur Talmud Babylonicum magna apud Judæos autoritate potiretur, paſſimque creſceret illius autoritas, Juda quidam Pumpeditbanæ Scholæ caput* הלכות גדולות *compoſuit. Alii hoc tribuunt R. Keiaræ qui eum præceſſit, quas deciſiones ex Talmude velut libro authentico decerpſerunt. His ſe oppoſuerunt Anan & Saul filius ejus & Karcaſnæus, viri apud eos celeberrimi ferre non valentes eandem traditionibus Talmudicis autoritatem, quæ Sacræ Scripturæ, tribui. Hinc in eos cæteri tantum odium*

exercuerunt, *quale unquam in ullam nationem aut Sectam*. Aures substringit Morino Richard. Simon in Supplem. ad Leonis Mutinensis de Cerem. & consuetudinibus Jud. p. 135. Vers. Latinæ. Enim vero Judæorum assensus, quo unice nititur Moriniana assertio, per vim extortus est; nihil præsidii accedit illi autoritate libri יוחסין f. 118. col. 2. l. 1. ובאותם הימים נפק ענן *In diebus istis Anan Apostata factus est*. Neque enim aliquid de Autoribus novæ hæreseos comparet, lynceus sis licet, nunquam tamen pervidebis ea, quæ oculis suis quam maxime patere vult Morinus, nullaque ratione, nec fidiculis adhibitis, hæreseos Karraitarum primordia e verbis his extorquentur, præsertim si dilucidior accedat R. Samuelis Schullam explicatio hunc in modum concepta:

אמר ש"ש כתוב בספר קבלת החסיד דענן ז"ה ושאול בנו שרים היו מזרע בית דוד ולא סייוהו מן השמים לסמיכה ונעשה זקן ממרא על פי בירת דין וחזק אמונת הקראים: *Scriptum est in libro Kabbalat hachasid quod Anan & Saul ejus filius principes fuerint de semine domus Davidicæ, cumque is cœlitus non admitteretur ad Promotionem, factus est senex Apostata, per domum judicii sic declaratus & confirmavit Sectam Karræorum*. Generalius quæ dicta fuerant ab autore libri יוחסין ea restringuntur a R. Samuele Schullam ad Sectam Karræorum, mentione non autoris sed restauratoris solum facta, uti verbum חזק haud obscure id declarat. Cœterum non pigebit verba R. Abrahami ben Dior e Kabbal. Hist. f. 66. 1. a R. Sam. Schullam supra citata inserere, quo pateat, nec hic aliquod probationis robur pro Morino ejusque asseclis comparere. En ita scribentem! ובימין היה ענן ושאול בנו וענן זה מבית צור היה ותלמיד חכם בתחלה והכירו בו שמץ פסול מפני כי לא נסמך לגאון וגם לא סייוהו מן השמים להורת ראש

ראש גלות ומפני הטינא שהיתה בלבו העלתה שרטון ועמד להסית את ישראל מעל קבלת חכמים מפי הנביאים עדים כשרים מפי עדים כשרים כמו שסדרנו בספר זה ונעשה זקן ממרא על פי בית דין לבלתי שמוע אל השופטים וחבר ספרים והעמיד תלמידים ובדה מלבו חקים לא טובים כי אחר החרבן נדלדלו הצדקים עד שעמד ענן וחזקם *Ejus tempore* (*Rab Jehudai*) *extitit Ananus ejusque filius Saulus. Qui quidem Ananus patria Betzurensis atque initio Rabbanita fuit; sed observarunt in eo vitium quoddam, cujus gratia in Geonaum non fuit promotus, neque etiam cœlitus pro idoneo æstimatus est, ut fieret achmalotarcha. Unde ira adversus eos in corde suo incensus emisit virus suum, conatusque est seducere Israelitas a traditione Sapientum, quam inde a Prophetis per testes veritatis sufficientissimos oraliter propagatam tenent, uti in hoc libro ordine recensuimus, declaratus ergo est a Senatu pro sene rebelli, quod judicibus non obediret. Tum scripsit libros & constituit discipulos, statuta pessima ex corde suo commentus. Post excidium enim Hierosolymitanum Sadducæi attenuati sunt, donec assurgeret Ananus eosque corroboraret.* Obsignamus hæc verbis R. Abrah. Zachuti in ס' יוחסין paria de Anane referentis: ענן הרשע ושאול בנו שם רשעים ירקב תלמידים של רב יהודאי ז"צל היו וחלקו עליו ועל קבלתו בלא שום טענה בעולם אלא מפני קנאה ואינם יכולים לומר כך אנו מקובלים מפי פלוני ומפי פלוני ומפי הנביאים אלא מלבן

Anan impius cum Saule filio suo (*nomen impiorum putrescat*) *discipuli fuere Rab Jehudai p. m. & contradixerunt ei, eiusq; traditioni ob nullam plane aliam rationem, nisi ob invidiam & ambitionem, neque enim affirmare potuere per traditionem ex*

 ore

§. XIII.

Satis, quod spero, constabit nunc de sententia nostra circa Karraismi originem, quam eo minus superciliose rejiciendam existimaverim, quod veritas ejus e modo, in ortu aliarum hæresium constanter fere observato, evadat probatior, nec calculo doctiorum destituatur penitus. (m)

§. XIV.

---

ore hujus vel illius aut Prophetarum haustam sic edocti sumus, sed ex ingenio nostro. (m) Hæc cum jam perscripta essent animadvertimus Virum citra controversiam doctissimum Ludovicum Cappellum Prof. Salmuriensem, parum vel nihil plane differre a sententia nostra pluribus inculcata hactenus, cumque magna apud aliquos sit autoritatum vis, neve quid citra suffragia eruditorum dixisse videamur, en ipsius verba quamvis pluscula e Defension. Crit. Sacr. oculis B. L. hic subjicienda ducimus: *Recte observatum est a doctissimo Scaligero adversus Serarium p. 164. mox post populi Judaici a captivitate Babylonica reditum, duo Judæorum genera in gente illa extitisse: unum eorum, qui contenti erant ea facere, quæ Deus verbo suo scripto populo illi præscripserat: alterum eorum, qui multa præterea ultro & sponte suscipiebant facienda, quique propterea dicti* מתנדבים בתורה *hoc est* ἑκουσιαζόμενοι τῷ νόμῳ; *quique propterea postmodum dicti* חסידים *Hasidæi, quia teste ipso Kimchio, hoc est inter* צדיק *&* חסיד *discrimen, quod scilicet* צדיק *justus, is est, qui facit id, quod lege tenetur facere,* חסיד *vero Benignus Pius is, qui alia multa præterea, sponte suscipit facienda, quibus non tenetur nisi ultro.*

§. XIV.

Sic Secta hæc eo tempore quo Traditiones Majorum aliquo haberi loco cœperant, exorta, sensim sine sensu tamen usque ad obsignatum Talmud, ab ea tempestate vero usque ad hodiernum diem publice non sine

G 2 maxi-

---

ultroneo animi motu, quo ipse se adstringit. Ab his Hasidæis orti sunt postmodum Pharisæi, qui פְּרוּשִׁים *dicti sunt a singulari quadam sanctitate, sive peculiari vitæ instituto longe accuratiori, quo a reliquis secreti & separati erant, unde tanta Pharisæorum inter Judæos sanctitatis fama, atque inde autoritas, maxime postquam strictius illud vitæ institutum, quod initio ultro & sponte ex sanctitatis singularis & eximiæ studio (ut illis quidem videbatur) suscipiebatur, postmodum certis regulis, canonibus & Magistrorum definitionibus est constitutum; & quod primo ἑκούσιον erat prorsusque arbitrarium & spontaneum, factum est postea ἀναγκαῖον regulis & præscriptionibus illis Magistrorum: unde postmodum tot ortæ sunt inter eos lites & contentiones, quum unusquisque eorum somnia & figmenta sua venditaret pro Traditione πατροπαραδότῳ jam ab ipso Mose tanquam per manus accepta. Priores illi* קָרָאִים *Karraim dicebantur a* קרא *seu* מִקְרָא *Legis textu scripto, quo solo nitebantur illi, quem solum illi sequebantur. Ab his postmodum orti sunt Sadducæi sic dicti tum forte, quia ex eorum erant numero, qui* צַדִּיקִים *dicebantur, qui contenti erant, uti dictum, ea facere, quæ DEUS verbo suo scripto facienda esse præscripsit. Tum etiam quod a* צדוק *Sadoco &* ביתוס

hoc

maxima animorum contentione propagata est satis feliciter. Licet autem omnem armorum vim contra eos stringerent Rabbanistæ, irrito tamen hoc fiebat successu, certatim quamvis coirent junctis consiliis, funditus zizania hæc eradicaturi, animose tamen τῶν ἀντιπιπτόντων exci-

hoc est, Βοηθὸς *Boethus, vel forte etiam* παῖτος *Poetus (utrumque enim nomen pariter Græcum est) qui dicuntur fuisse discipuli Antigoni Sochæi. Hi occasione dicti cujusdam Magistri sui Antigoni male ab ipsis intellecti, (qui quum discipulos moneret, ne essent similes servis, qui hero suo obsequantur mercedis gratia & spe, vel verberum & pœnæ metu) docuerunt non esse hominibus a DEO sperandam remunerationem benefactorum, aut pœnæ vel vindictæ malefactorum, atque inde mortuorum resurrectionem negarunt, in qua proprie a DEO hominibus redditur tam remuneratio bonorum tum pœna malorum operationi. At non propterea damnandi sunt illi Karraim sive Karræi, quod ex illis orti sint Sadducæi, non enim vera & genuina sunt primorum illorum Karræorum sive* צרוקים *soboles, sed notha duntaxat & adulterina progenies, ex abusu dicti istius Magistri sui Antigoni, a quo discipuli perperam desciverant. Neque hodierni Judæorum Karræi (etsi vehementer illis exosi) sunt veterum Sadducæorum a Christo damnatorum discipuli, siquidem nihil habent commune cum illis, eorum, quæ in Sadducæis Christus aut Scriptura damnat: Nam quod non recipiunt* παραδόσεις*, id non habent a Sadducæis, hoc enim ipsum tenebant veteres Karræi, priusquam Sadducæi exorti essent, neque Sadducæi eo nomine a Christo vel Luca arguuntur, quod traditiones Magistrorum non reciperent.*

excipiebaet tela Karræi, (n) perstabant immoti semper, ac hodienum perstant incolumes salvique in variis Lithuaniæ, Russiæ, Turciæque locis, Constantinopoli scilicet

(o) Non modo quacunque occasione oblata, Rabbanistæ Karræorum dogmata perstringunt, prout observare hoc licet in R. Abarbanele, R. Aben Esra, R. Levi b. Gersom, autore כוזרי ס׳ &c. sed & peculiaria contra eos adornarunt scripta; unum ex his est, quod secundum R. Schabtai in שפתי ישנים f. 39. num. 72. inscribitur: מגן אבות פלפול מאמונת ישמעלים וקראים ונוצרים i. e. *Clypeus Patrum seu Disceptatio de religione Ismaelitarum, Karraeorum & Christianorum.* Nihil quicquam tamen hisce moti Karræi, sed Disputationes opposuere Disputationibus. מורה אהרן debellare conatur Rabbanistas cum Patrum placitis; id enim titulus libri præ se fert, annotatus a cit. R. Schabtai in שפתי ישנים f. 40. num. 108. מורה אהרן ר׳ אהרן בן יוסף הקראי פלפולי הקראים נגד מנהגי כת הרבנים האשכנזים ונגד הקבלה *Doctor Aharonis autore R. Aharon f. Joseph Karræo seu Disputationes Karraeorum opposita ritibus Sectae Rabbanistarum Germanorum eorumque traditionibus.* Alius est juxta R. Schabtai ibid. f. 53. n. 11. dictus נוצר אמונים ר׳ אהרן בן אליהו הקראי ובו ק״יא פרקים מעיקרי האמונה *Custodiens veritates* (titulus ex Psalmo XXXI. 24.) *R. Aharonis b. Eliahu Karraei, in quo III. capita continentur de fundamentis religionis.* Sed de his cap. sq. III. erit agendi locus, quum libri Karræorum recensebuntur.

licet, Alkairi, Theodosiæ in Taurica Chersoneso, Damasci, Jerosolymæ, Ascalonæ &c. non tamen tanto numero, quo Traditionarii. (o)

(o) Leo Mutinens. de Ritib. Ebr. Part. V. c. 1. §. III. *Constantinopoli, Caira & alibi in Oriente, quin & in vastissimo Russorum imperio hoc hominum genus datur, in quibus locis omnibus peculiare vitæ institutum servant, suas sibi extruunt Synagogas, suis quoque destinctis gaudent ceremoniis & consuetudinibus.* Conf. Cl. Peringeri Ep. ad Illustr. Ludolf. supr. cit. Buxtorf. Annot. ad ס' כוזרי Part. 3. §. XXII. p. 193. *Tales plures hodieque sunt Constantinopoli, Alkairi & aliis locis Orientis, item in Russia, ibique suas habent Synagogas & suos peculiares ritus.* Hæc explicatiora reddit Epistola Ant. Legeri Genev. Pastor. ad Cl. Hottingerum perscripta Thes. Phil. p. 583. *Multa quæ Rabbanistæ illis affingunt, ipsi calumnias esse sancte testantur. Si Karraitarum fidem sequi juvat, pertendunt Israelitas omnes ab initio fuisse* קראים. *Sed a majorum, imo DEI institutis defecisse degeneres Rabbanistas, superesse tamen Karraitarum 200. in Polonia. Constantinopoli 70. Theodosiæ in Taurica Chersoneso 1200. Memphi 300. Damasci 200. Jerosolymæ 30. Iebi prope Babyloniam 100. Zegenis vel Giurgisten in Perside 500. vel 600.* R. Benj. Tud. p. 28. ושם כמו אלפים יהודים רבנים ומהם כמו חמש מאות קראין בצד אחד וביניהם ובין הרבנים שהם תלמידי חכמים מחיצה *Illic* (Constantinopoli) *ferme bis mille Judæi iique magistrorum doctrinæ observatores; alii quoque discreti quingenti, iique Karraitæ; inter quos & priores sapientum discipulos est intergerinus paries.* Id. p. 52. ושם כמו מ' קראין *Ibidemque* (Askalonæ) *40. Karaitæ sunt.* Id. p. 57. ושם מן הקראים כמו מאתים *Karraitæ isthic* (Damasci) *ferme ducenti.*

§. XV.

Sic caput de Origine Karræorum obſignamus, veniam exorantes, ſicubi cespitatum a nobis fuerit, facilis in his lapſus eſt, nulli non metuendus; caligarunt doctiſſimi quique, quid mirum ſi in luce hac tenui cœcutiamus & nos. Interim provehimur ad C. III. toti in eo, qui ſcripta eorum ignorata pluribus, protrudantur in publicum. Pateſcet hinc in media conſtitutos Barbarie a Barbarie omni multis diſtare paraſangis.



DISSERTATIO III.

DE
LIBRIS
KARRÆORUM.



CAPUT III.
De
Libris Karræorum.

§. I.

Instrumenta æternitatis libri sunt; dogmata ad posteros, alias vel oblivione vel corruptelis peritura, sarta tecta derivantes: (a) quorum quo tenaciores erant omni tempore mortales, eo magis, ut in alios illibata transfunderentur, omnes contulere vires.

(a) R. Dav. Kimchi in Præf. Comment. in Josuam: והמעשה האחר הוא כתיבת החכמות וביאור התורה והמצוות לחקקם על ספר למען יעמדו ימים רבים כי אם לא היו כותבי החכמים הקדמונים דבריהם על ספר כבר אבדו החכמות וספו המזמות ובטלו התורה והמצוות אבל החכמים ובעלי התורה

Certe quam studiosissime observant hoc Karræi, (b) ut enim nulla non ætate Celeberrimis doctissimisque viris clari.

בכתיבת דבריהם ובאוריה על ספר וישאירו
ברכה אחריהם וכודאי לא מתו החכמים ההם
ואמרו רבותינו ז"ל הצדיקים אפילו במיתתן קרואין
חיין/ *Altera species Praxeos* (quam in verbis præcedentibus commendat ר'ר"ק) *est scriptio Scientiarum, atque explicatio legis præceptorumque, consignata litteris, ut perennare possint; Nisi enim litteris mandassent verba sua doctores nostri ætatis præteritæ, pridem periissent scientiæ, omnesque eorum cogitationes redactæ essent in nihilum, sicque abrogassent legem ac Præcepta. Enimvero sapientes atque Legisperiti, quum verba ac explicationes suas literis consignant, post se relinquunt benedictionem, & certe nequaquam isti doctores moriuntur. Ad quos pertinet dictum illud doctorum nostrorum p. m. Justi etiam in morte sua dicuntur Vivi.* Paucis interjectis idem pergit: ויהפרש על המעשה השני כי כותב הספרים
תהלתו עומדת לעד להוגי הספרים וללומדיהם
ועל כן נקראו החכמים בעלי אסופות לפי שאוספין
דבריהם ודברי זולתם על ספר להיותם לעד
למשמרת ולעולם למזכרתו ויש להם שכר בעמלם
וצדקתם עומדת לעד *Sic colligitur ex specie praxeos secunda, quod illius, qui litteris aliquid consignat, laus in æternum persistat apud eos qui libros illos legunt & discunt; Propterea etiam sapientes dicuntur Collectores, quia colligunt inque literas referunt sua aliorumque verba, ut in æternum memoriam eorum conservent. Reposita autem illorum labori est merces copiosa, atque justitia ipsorum in æternum permanebit.* (b)

clari erant, (c) ita nec omni destituuntur apparatu librorum. (d)

Satis confidenter ac reclamante veritate videtur scribere autor ס' כוזרי ita regem alloquens : השמעת מלך כוזר על חבור הקראים בדבר ממה שזכרתי לך בספר או בקבלה שאין בו ביניהם מחלוקת ממסורת או מנקוד או מטעמים או מאסור והיתר או מדינין *An audivisti unquam, rex Cosar, de libro aliquo Karraeorum his de rebus scripto, de quibus egi hactenus, in quo se fundent seu autoritate Praecellentis alicujus sapientis Viri, seu in Cabbala aut traditione aliqua antiqua, citra dissensionem inter ipsos, vel circa Massoras, vel circa punctationem vel circa accentus, vel circa vetita ac licita, vel circa judicia.* Contrarium enim ex jamjam dicendis patebit luculenter. (c) Eruditissimus Seldenus in de uxore Ebr. c. 3. p. 7. Ed. Francof. ex Jehuda b. Eliezare seu Poki aliquot celebriorum doctorum nomina recenset *R. Japhet* scilicet *Levi*, ejusdem filium *Joseph*, *Karkesanium*, *Sahel Sacerdotem*, *David principem*, *Selomo b. Jerocham*, *Benjamin b. Moseh*. Ex his aliqui in MStis Codd. quos nobis perlustrare datum fuit, similiter occurrunt, quidam vero Seldeno non observati; celebriores sunt : *Karkasnaus* qui subinde המאור גדול seu *Luminare magnum* salutatur, *R. Jeschua*, diversus citra dubium ab eo qui passim in R. Aben Esrae scriptis citatur, *R. Benjamin*, *R. Anan*, *R. Levi b. Japhet*, *R. Tobias*, *R. Aharon*, *R. Moseh*, *R. Daniel*, *R. Salomon* הקראי *Karraita*, *R. Saadias* &c. Hi sunt praecipui, qui non sine honoris praefamine allegantur subinde. (d) Autoritas cit. Seldeni robur probationis dictis conciliat Tr. de Uxore Ebr. c. 3.

§. II.

Enimvero tantis tecta artibus Karræorum monumenta, ut plerorumque & Christianorum & Rabbanistarum subterfugerent notitiam; nec prece nec pretio comparari poterant hactenus ea, quorum summo omnes tenebantur desiderio; ita velata studiose, ut, nullis technis revelare valuerint alii; aquam citius eliceres e pumice

---

ita scribentis: *quam plurimos eiusdem generis alios extitisse ait,* (R. Jehuda b. Eleazar) *qui Arabice plerumque conscripsere ipsi, quæ Rabbinice ab aliis versa. Quin & in Ægypto multos se vidisse libros ait, ibique a primariis singularis cujusdam illius sectæ societatis didicisse, ex una apud eos Synagoga prope trecenta illiusmodi scriptorum volumina a prædatoribus olim esse direpta.* Hæc quomodocunque se habeant, ex hodierna certe inopia qui de numero librorum Karraitiorum judicia ferunt, næ illi Orientalium morem, exteris sua denegantium, haud sufficienti animi æstimatione pensant. Quorusquisque enim fuit olim, cui oculis usurpare contigit Muhammedis ψευδογραφήματα? vid. B. Luther. T. VIII. Jenens. f. 12. b. donec victoriis Invictissimi Imperatoris nostri fierent vulgatiora; si vero quis inde raritatem Alcorani apud ipsos impostoris huius adoratores Musulmannos adstruere conaretur, risum non adplausum eruditis extorqueret, omnium consensu indigus hellebori: assereret enim id de cuius falsitate pridem est conclamatum. Hisce superaddi potest τῶν τυπογραφικῶν defectus, arcani literarum propagandarum mirandi, quemadmodum ex merito sic nominat πηλικώτατος Boeclerus *Orat. de Typograph.* nam nimium quantum in rerum cognitione adjuvari nos inde, nemo non fatetur.

pumice, quam librum excuteres Karræo. (e) Quare non est ut instructam numerisque omnibus absolutam expectes Bibliothecam Karraiticam; pauci sunt libri (partim armis partim fraude singulari, Euclionibus his erepti) qui jamjam conspectui se sistent tuo, e quorum numero aliquos plenius, quam ab aliis factum, cum recensitos observabis, favori id velim tribuas VIRI MAXIME REVERENDI atque DOCTISSIMI DN. CHRISTIANI ANDR. SIBERI SS. Th. D. Celebratissimi, Ecclesiarum Tenstættensium Inspectoris Meritissimi, qui e Bibliotheca, quam possidet, instructissima ac rarioribus referta libris, illorum usum ad aliquot dies benivole concessit.

§. III.

Primus inter primos merito comparet R. Aharon ben Eliahu, librum is concinnavit ritualem, quo consuetudines Karræorum ita pertractare placuit, ut quavis oblata occasione placita Rabbanistarum R. Salomonis הצרפתי f. Galli præcipue & R. Aben Esræ salse perstringeret. MStus in manus MAXIME REVERENDI DN. CHRISTIANI ANDR. SIBERI bonis avibus pervenit Dresdæ, Buda perlatus eo inter alia Orientis spolia. In XXV. Tractatus majores seu ut stylo Thalmudistarum attemperemus, in מסכתות totidem autori eundem dispescere placuit; ubique eruditionis non proletariæ ve-

(e) Cl. Hottinger. Thes. Phil. l. 1. c. 1. §. IX. p. 41. ex relatione Doctiss. Goly tradit, *Constantinopoli in cryptis suos abdidisse libros.*

ſtigia comparent, animumque produnt diſciplinis Philoſophicis rite ſubactum, multisve diſtantem paraſangis a fabuloſo Traditionariorum genio. In forma 4ta maj. ligatus, 287. foliis abſolvitur. Membranæ ſatis puræ inſcripſit Abraham, hinc inde memoratus, nec deeſt correctoris manus, ut arguit ſcriptionis diſcrepantia in margine paſſim conſpicua. (f)

(f) In fronte libri hæc ſe lectori offerunt: אצלך חפץ גור השם טוב מכסף קנין דעת: *Verbo Dei delecteris; melior argento poſſeſſio ſcientiæ.* Quæ excipiunt rhythmi in laudem legis ſcriptæ adornati, præmiſſis tamen ſqq.

בשם יי׳ נעשה ונצליח ארחותיך למדני
הוריעני דרך זו אלך דרכיך יי׳ הודיעני
כי אליך נשאתי נפשי

In nomine Dei ſi ſuſceperimus hæc, felicem promittamus nobis ſucceſſum. Oſtende mihi viam, qua eundum; ſemitas tuas doce me, vias tuas declara mihi, ad Te enim tendit anima mea. Nunc demum Legis Scriptæ conſequitur encomium, Præfationis locum ſupplens; lubens id omitto, ne nimius ſim in congerendis minus neceſſariis, quæve ſcopum noſtrum non feriunt. Unum modo contra Rabbaniſtas vibratum telum ex Præfatione hac ſiſtemus, ex ungue Leonem hunc cognituri:

לכן נפש חושקת//
ודעתי משתוקקת//
להבין סתריה//
כהגיון אמריה//
ואם השגתי קצרה.//

ונפשי בעבורה//
ומפני ראותי דיעות//?
החכמים חלוקית//
מהם כוזבות//
מהם צודקות//
לפי הרשום בכתב אמת//
ותהי האמת נעלמה//
והחלקה רבתה וגדולה//
בין בעלי מקרא//
ובין בעלי הקבלה//
באמרם שהקבלה//
תורה בפרוש הפסוקים//
ועל כן יתעו בדקדוקים//
כי באמת הדבור למדבר//
לא יתקן כי אם תהיה מליץ כונתו לכל מבין
וסובר//
ואיך יהיה המליץ//
צריך למליץ//
וזה לא יהיה כי אם מפני הכרח כשרוצה
להעלים//
או ידבר במשלים//
אבל דברים שאינם צריכים הסתר והעלם//
אלא הדין נותן להיות הדבור מבואר ושלם//
מפני האנשים//
אשר יתחייבו ולאנשים//
איך ידבר הכתוב ברמיזות//
ואין ראוי לעשות כזאת//
ודבר גדול מזה//

על

על דברי כל נביא וחוזה//
באמרם שהקבלה תנצח//
והכתוב צווח//
לא תוסיפו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם וגו//
עלכן באתי מן הצעירים//
לעיין בדברי המחברים//
ואף עלפי שאינני כהי//
אולי יעזרני שדי//

Paucis interjectis pergit:

כי דברי תורה//
הם כמטרה//
ודיעות המחברים//
כחצי הורים//
מהם מימינים//
ומהם משמאילים//

Propterea (ob legis sc. præstantiam in præcedentibus plur. deprædicatam) *anima expetit,*
Atque mens mea summo tenetur desiderio,
Pernoscere eius thesauros,
In meditatione verborum eius,
Utque paucis comprehendam,
Totus sum propter eam.
Præcipue quod animadverterim, sententias
Sapientum multum a se invicem distare;
Quasdam ex iis falsas,
Aliquas autem veras,
Quia quod litteris consignatum veritas sit,
Verum occulta admodum atque abscondita,
Controversia vero & multa & magna intercedant,

Inter

Inter eos qui soli adhærent scripturæ,
Atque eos qui Traditiones adorant,
Quum dicant, quod majorum traditiones,
Lex sint, explicans legem scriptis propagatam,
Ac propterea subtilitatibus suis hallucinantur,
Nam in veritate, oratio loquentis
Non conveniens erit, nisi explicet intentionem eius omni intelligenti ac sapienti.
Quomodo enim Interpres,
Alterius opus habebit interpretis.
Nunquam fiet hoc nisi exigente necessitate, cum occultare studet;
Tunc tecte loquitur,
Sed verba quæ nec obscurari nec tegi debent,
Illa ut clare ac perfecte proponantur, justitiæ lex exigit.
Propter pœnas illas,
Quas ex neglectu incurrunt homines,
Quomodo sub obscure loqueretur Scriptura?
Cum plane non sit conveniens hæc fieri,
Num majus quicquam erit?
Quam de verbis cuiuscunque Prophetæ dixisse:
Quod Traditionibus debeatur palma,
Cum Scriptura exclamet:
Non addatis ad verbum quod ego præcipio vobis &c.
Itaque ego ex-minimis in animum induxi,
Verba autorum perpendere.
Quamvis vero vires meæ non sufficiant;
Fortassis Omnipotens adsistet auxilio suo.

Verba Legis instar scopi sunt,
Sententiæ autem Interpretum,
Sicut sagitta jaculatorum,
Sinistram aliqui petunt,
Aliqui divertunt ad dexteram.

I Post

על דברי כל נביא וחוזה//
באמרם שהקבלה תנצח//
והכתוב צווח//
לא תוסיפו על הדבר אשר אנכי מצוה אתכם וגו׳//
עלכן באתי מן הצעירים//
לעיין בדברי המחברים//
ואף עלפי שאינני כדי//
אולי יעזרני שדי//

Paucis interjectis pergit:

כי דברי תורה//
הם כמטרה//
ודיעות המחברים//
כחצי היורים//
מהם מימינים//
ומהם משמאלים//

Propterea (ob legis sc. præstantiam in præcedentibus plur. deprædicatam) *anima expetit,*
Atque mens mea summo tenetur desiderio,
Pernoscere eius thesauros,
In meditatione verborum eius,
Utque paucis comprehendam,
Totus sum propter eam.
Præcipue quod animadverterim, sententias
Sapientum multum a se invicem distare;
Quasdam ex iis falsas,
Aliquas autem veras,
Quia quod litteris consignatum veritas sit,
Verum occulta admodum atque abscondita,
Controversia vero & multa & magna intercedant,

Inter

Inter eos qui soli adhærent scripturæ,
Atque eos qui Traditiones adorant,
Quum dicant, quod majorum traditiones,
Lex sint, explicans legem scriptis propagatam,
Ac propterea subtilitatibus suis hallucinantur,
Nam in veritate, oratio loquentis
Non conveniens erit, nisi explicet intentionem eius omni intelligenti ac sapienti.
Quomodo enim Interpres,
Alterius opus habebit interpretis.
Nunquam fiet hoc nisi exigente necessitate, cum occultare studet;
Tunc tecte loquitur,
Sed verba quæ nec obscurari nec tegi debent,
Illa ut clare ac perfecte proponantur, justitiæ lex exigit.
Propter pœnas illas,
Quas ex neglectu incurrunt homines,
Quomodo sub obscure loqueretur Scriptura?
Cum plane non sit conveniens hac fieri,
Num majus quicquam erit?
Quam de verbis cuiuscunque Prophetæ dixisse:
Quod Traditionibus debeatur palma,
Cum Scriptura exclamet:
Non addatis ad verbum quod ego præcipio vobis &c.
Itaque ego ex-minimis in animum induxi,
Verba autorum perpendere.
Quamvis vero vires meæ non sufficiant;
Fortassis Omnipotens adsistet auxilio suo.

Verba Legis instar scopi sunt,
Sententiæ autem Interpretum,
Sicut sagittæ jaculatorum,
Sinistram aliqui petunt,
Aliqui divertunt ad dexteram.

I Post

Poſt hæc nonnullis præmiſſis, Legem univerſam comprehendere ait Præcepta intellectualia & legàlia his verbis:
ואמנם תורתינו כללה מצוות שכליות ומצוות תוריות וכל אחד משני החלקים נחלק למצוות עשה ומצוות לא תעשה *Enim vero Lex noſtra comprehendit Præcepta Intellectualia & Præcepta Legalia. Unaquaque vero ex duabus his partibus in præcepta diſpeſcitur affirmativa & negativa.* Plura ſunt quæ in hac Præfatione comparent, ſed ne prolixiores ſimus juſto, lubenter prætermittimus. Poſt præfamen ipſa Tractatio incipit, cuius nunc titulos generaliores ſolum indicamus.

Tractat. I. eſt על עניין החדש *de Menſibus*, comprehendit XII. capita.

Tractat. II. על עניין השבת *de Sabbato.* cap. X.

Tractat. III. על מצוות השבת *de Præceptis Sabbati.* cap. XIX.

Tractat. IV. על עניין הפסח *de Paſchate.* cap. IX.

Tractat. V. על עניין המצות *de Præceptis.* cap. V.

Tractat. VI. על עניין חג השבועות *de Feſto Septimanarum.* cap. I.

Tractat. VII. על עניין יום הרועה *de Die Clangoris.* cap. I.

Tractat. VIII. על עניין יום הכפור *de Die Expiationis.* cap. V.

Tractat. IX. על עניין חג הסכות *de Feſto Tabernaculorum.* cap. III.

Tractat. X. על עניין שמטה ויובל *de Anno Sabbatico & Jubilæo.* cap. V.

Tractat. XI. על עניין תפלה *de Precibus.* cap. IV.

Tra-

Tractat. XII. על מצוות צצית *de praeceptis Zizith concernentibus*. cap. I.

Tractat. XIII. על הלכות שחיטה *de Ritibus Mactationis*. cap. XVIII.

Tractat. XIV. על טומאת בעלי חיים *de Impuritatibus Animalium*. cap. XVI.

Tractat. XV. על טומאת המדברים *de Immunditie Hominum*. cap. X.

Tractat. XVI. על דין הצרעת *de Indicio Lepra*. cap. VII.

Tractat. XVII. על טומאת המת *de Immunditie defuncti*. cap. XII.

Tractat. XVIII. על אסורי העריות *de Gradibus prohibitis*. cap. VIII.

Tractat. XIX. סדר נשים *de Mulieribus*. cap. XXXI.

Tractat. XX. על ענין המילה *de Circumcisione*. cap. VII.

Tractat. XXI. על דין הירושה *de Jure Hareditatis*. cap. VI.

Tractat. XXII. על דין השבועה *de jure circa Juramenta*. cap. I.

Tractat. XXIII. על דין הנזיר *de jure Nasirai*. cap. I.

Tractat. XXIV. על דין נזיקים *de Jure circa damna illata*. cap. I.

Tractat. XXV. על דיני מומים *de Jure circa Vitia*. cap. I.

Majores hi ſunt tractatus, hos excipiunt alia nonnulla juridica, quæ tamen ad magnitudinem præcedentium non aſſurgunt, nempe:

§. IV.

Ita in mundanis proficiunt doctrinis Karræi, ut tamen non marcescant in divinis ; non ita sequuntur caduca, ut fastidiant cœlestia: Legem ἔγγραφον in oculis ferunt, nullo non tempore illi invigilantes, nonnisi morte hæc terminantur studia. Qua re fit, ut varia ex sedula meditatione hac enascantur commentaria, quibus τὰ δυσνόητα τοῦ νόμου enodant satis adcurate. Haud postremum locum absque dubio obtinet autoris memorati *Abaronis b. Eliahu* commentarius in Legem כתר תורה *Corona Legis* inscriptus. MStus is est in fol. eadem fortuna qua præcedens in manus MAXIME REVERENDI D. SIBERI delatus; totus in eo autor est, qui verum sensum ex proprietate Linguæ eruat, quod assecutus quo-

---

על דין נזק הבעיר *de jure circa damna a brutis illata.*
על דין הגנבה *de jure circa Furtum.*
על דין האבדה *de jure circa Deperditum.*
על דין ההלואה *de jure circa Mutuum.*
על דין הנשך והרבית *de jure circa Usuram.*
על דין השטר *de jure circa instrumenta Contractus.*
על דין העדים *de jure circa Testes.*
על דין המכר והקניין *de jure circa Emptionem & Venditionem.*
על דין ההונאה *de jure circa Defraudationem. &c.*

Hæc sunt quæ de MSto hoc Codice annotanda duximus, digno certe, qui publici juris fieret, patesceret hinc, multum adhuc sani Synagogam alere Karræorum.

quoque est, uti nos conjicimus, satis feliciter ut plurimum. (g)

(g) Non membranæ inscriptus est uti præcedens, sed chartæ crassiori. In principio hæc statim verba Lectori se offerunt:

בשם אשר לו הגדולה והגבורה :
אחל לכתוב ספר כתר תורה:
שחברו החר׳ אהרן בכהר׳ אל״יהו נקמדיא
תנצבה :

In nomine eius, cui est magnificentia atque potestas,
Incipiam conscribere librum Coronæ legis,
Quem composuit Sapiens ille atque magnus Rabbi Aharon, filius honorati & excellentis R. Eliahu Nicomediensis, cuius anima ligata sit in fasciculo viventium. Hisce subjunguntur sequentia:

אליך נשאתי את עיני הוו שם בשמים
גל עיני ואביטה נפלאות תורתך:

Ad te elevo oculos meos, tendunt cœlum versus, lucem infunde oculis meis, ut videant mirabilia legis tuæ. Tempus quo commentarius compositus indicatur sq.

ואהרון בן אליהו ילדו
שנת הקכב לטניין הבריאה:

Fœtus hic est Aharonis fil. Eliahu, quem produxit anno Mundi 5122. (Christi 1360.) Hæc dein versus aliqui excipiunt, sequentem in modum concinnati:

§. V.

Inclarefcere dum cupiunt mortales, fcribendi nec finem vident nec modum; onerant feculum libris non ornant hoc fermento vitiati. Cum monumentis χρυσοῦ χρυσο·

שמעו עלי .	ולכו אלי .
לקרא ספר .	אמרי שפר .
ביאור תורה .	עוז תפארה :
ושמו נקרא .	כתר תורה .

Me audite,	*Et ad me accurrite.*
Ut legatis librum,	*Verba elegantia.*
Explicationem Legis,	*Ornamentum fummum,*
Cujus nomen vocatur,	*Corona Legis.*

Poftmodum fequitur Præfatio fatis prolixa, in laudes Legis Scriptæ excurrens; inter alia vero albo calculo oppido digna hæc exfcribo: כי מה שיש בתורת מצוה אלהית כלו נכתב כי איך יניח ענינים מסורים על פה בלי מכתב ודור הולך ודור בא והדיעות ישתנו הזמנים יתחלפו ואולי ישכחו הדברים המסורים אבל אם הם כתובים אי אפשר השתנות *Certe quodcunque eft in lege præcepti divini, omne eft literis confignatum. quomodo enim relinqueret Deus res ore propagandas, ut non mandentur literis, quum generatio una fuccedat alii, & cum tempore fcientiæ quoque hominum mutationibus fubjaceant. Et quam facile oblivioni dantur per traditiones accepta, at vero fcriptis fi comprehendantur, omne mutationis periculum exulat.*

χρυσοτέρους ubique venales ut ſint, exoptant unice; vere Poëta: (h)

—— —— *Tenet inſatiabile multos*
Scribendi cacoëthes, & ægro in corde ſeneſcit.

Morbo hoc an Aharon b. Eliahu infectus quoque fuerit incertum, hoc tamen extra dubitationis aleam poſitum, quod præter libros Iurídico-Rituales & Exegeticos vulgarit alium adhuc עץ החיים *Arbor vitæ* inſignitum, quo fundamenta religionis ſuæ pertractat, dumque in rationem cur populo præciſe Iſraëlitico τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ concredita ſint, inquirit, ſimul æternitatem Legis Moſaicæ veritatemque adſtruit, repetitis juribus & ritibus Karræorum, Articulum de Reſurrectione Mortuorum explicat quoque pro viribus. (i)

§. VI. Ec-

(h) Juvenal. Satyr. VII. conf. Seb. Schmid. Præf. in libr. de Imagine Dei. (i) Buxtorfio ſignificavit hunc Ant. Legerus Conſtantinopoli tunc agens, quare his eum recenſet in Append. ad Biblioth. Rabb. p. 462. עץ החיים *Lignum Vitæ. Huius nominis unus adductus eſt in Bibliotheca Rabbinica: ſed plures ſunt. Alius eſt R. Aharonis Karraitæ de Articulis Fidei juxta mentem Karraitarum, qui mortuorum tamen reſurrectionem profitentur.* Diſtinctius contenta libri exponit in re litteraria ſuæ gentis non contemnendus Scriptor R. Schabtai in שפתי ישנים f. 59. col. I. n. 70. עץ חיים רבי אהרון בר יוסף קראי (falſo ſcribitur קארי) דינים ועקרים ומנהגי קראים. ומתחיית המתים/ *Librum Ezchaim i. e. Arbor Vitæ inſcriptum, compoſuit R. Aharon ben Joſeph Karraus. Continet jura, articulos & ritus*

§. VI.

Ἔργον esse Karræorum Legem scriptis comprehensam atque πάρεργον, dictum in præcedentibus; monitum quoque est, vasta ex sedula & frequenti Lectione prodire commentaria quibus nodos enodare conentur omnes. Veritatem asserti probatam dum dedimus exemplo Aharonis ben Eliahu, en alius adest Karræorum subito, idem suis inculcans elucubrationibus, *Mardochai ben Elieser Comtino*, (k) inter spolia Orientis in manus Maxime REVERENDI D. SIBERI delata, caput præ

Karræorum. De resurrectione etiam mortuorum Articulum pertractat. Aharon b. Joseph autorem vocat Schabtai, dubito an ex vero, ipse enim se Aharon b. Eliahu nominat hinc inde in Codd. MStis a nobis perlustratis. Omnium distinctissime vero quid eo contineatur ipse autor exponit in Præfat. MSta libri Juridico-Ritualis §. 3. supr. adducti:

ואולם איך זכו ישראל בזו המעלה מכלל אומות העולם ככר נתבארה העלה בספר עץ החיים אשר בארנו שם עיקרי האמונה ושם בארנו שהתורה שנתנה על ידי משה רבי' ע"ה היא אמתית קיימת קיום נצחי ואין עתיד להנתן תורה אחרת מן השמים i. e. *Enimvero qui factum sit quod gens Israëlitica præ omnibus aliis populis hujus universi hanc prærogativam* (Legem sc.) *nacta fuerit, dedimus rationem in libro Ez Hachaiim, in quo fundamenta religionis explicavimus, ibi quoque Veritatem Legis per Mosen doctorem nostrum p. m. traditam adstruximus, quodque æterna sit neque alia lex speranda e cœlis demonstravimus.*

præ aliis efferens, Aharonisque in exilio comes individuus. Commentarius hic est in Legem (l) forma 4ta maj. molis non exiguæ, siquidem si recte computatum in fronte libri, foliorum est 3:36, charactere minutissi-

K mo

(k) Dubium est an idem sit hic cum R. Mardochai Comtino, de quo R. Schabtai in שִׂפְתֵי יְשֵׁנִים f. 63, col. 2. n. 96. פירוש ר' מרדכי בומטינו על ס' (מלות ההגיון) להר"מבמם: כתיבת יד, *Commentarius R. Mardochai Cumino in R. Mose Maimonidem, qui exhibet explicationem terminorum Logicorum. MStus.* Expressisset enim si fuisset Karræus R. Schabtai, quod alias constanter observat; minus dein probabile est, hominem Karræum libris Rabbanistarum explicandis multum navaturum operæ, odium inter utramque partem vigens, vatinianum certe, aliud suadet. (l) Initium capit Autor a versibus sqq.

מבטח חכמים וכל אנשי בריתך :
ראה ראה נא עני בן אמתך :
דעתי מחשך ואין כי אם מאוריך :
כל לבבי לך תאיר באוריך :
יה כי בך אבטח לפרוש דבריך :

Fiducia sapientum atque omnium qui fœdere tibi sunt juncti!
Respice omnino pauperem, servum ancillæ tuæ;
Mens mea tenebris involuta est, nec quidquam quam lumen tuum (me illuminare potest);
Omne cor meum ad Te directum, lumine Tuo illumina
O Deus! in Te enim confido dum verba tua explicare aggredior.

mo ac miræ elegantiæ verba expressa sunt, adeo, ut si ex καλλιγραφία de antiquitate judicare tutum, venerandam præ se ferat canitiem. (m) Neque enim tempus quo conscriptus est, offendimus.

Porro canit:

זה ספר כליל יופי וחכמה רבו־ה //
כי ההגיון והדקדוק בקרבו־ה //
ועל פיהם מפורש והיא הסבו־ה //
ללכת בדרכי יושר בלי דופי ודבו־ה //

Liber hic perfectus est pulchritudine ac sapientia plurima,
Logica enim & Grammatica in eo est,
Atque juxta earundem præscripta explicatio facta. Hac causa est
Ut inoffenso pede procedere liceat, absque probro & infamia.

Obsignat tandem carmina sequenti precatione:

הא לישקף מן השמים ממענו :
ויברך מעשה כוונתינו :
וישם עינו וישלח עזר :
על עבדו בן עבדו אליעזר :

Ecce ut respiciat (ΟΤΟ) *e cælis, loco habitationis suæ,*
Ac benedicat opus propositi nostri,
Ut dirigat oculos suos (CO) *ac auxilium mittat,*
Super servum suum, filium servi sui Eliefer.

Cæterum quod Constantinæ vixerit, ac natione fuerit Græcus primis statim verbis in Præfatione indicat: אמר מרדכי בן אליעזר כומטינו הקושטנדיני יוני׳ *Dicit Mardochai filius Eliseris Comtino Constantinensis Græcus.* E Præ.

§. VIII.

Commentariis Karræorum recensendis nostra se addixit opera, nulla proin ratione præteriri debet alius quispiam, idem pertractans argumentum, MStus quoque ac doctissimo Jo. Morino Congreg. Orat. Paris. P.P. hinc inde laudatus. (n) Inscribitur ספר המבחר seu *Liber Selectus.* Formam si expetas externam; in folio est minori, tres digitos circiter crassus. Ortus refertur ad annum 1299. Autorem agnoscit non incelebrem inter suos *R. Aharonem ben Joseph.* Sensum venatur hic litera-

fatione ipsa satis longa nil addimus, ne nauseam moveamus Legenti. (m) Calligraphiam antiquitatis indicium esse refert Joh. Henr. Hæner Observ. Phil. Crit. §. VI. sic edoctus ab incomparabili Bosio, en verba ipsius: *Quamvis autem indicia illa e quibus antiquitas huius Codicis colligi possit, silentio prætereat b. l. Glassius, inter alia tamen vel sola calligraphia, quam in eo cernere licet, illius index & testis locuples esse potest. Hanc enim certum esse antiquitatis MSS. Codicum indicium, docuit me B. Bosius.* conf. Mericus Casaubon. Fil. de Lingua Anglica vetere seu Saxonica p. 130. (n) Ita in Epist. ad Joh. Buxtorf. quæ est inter eas, quæ sub nomine *Ecclesiæ Oriental. Antiquitat.* non ita pridem Lipsiæ recusæ sunt num. LXXI. p. 520. *Petis quem Karraitarum librum habeam? unicum habeo, qui in Legem commentarius est manuscriptus, in folio non admodum magno, tres digitos aut circiter crassum: Scribebat anno 1299. Liber inscribitur* ספר המבחר *autor R. Aharon filius Josephi. Ex eo autore manifestum est, Karraitas omnem Scripturam Veteris Testamenti, non secus ac alii Judæi amplecti. Solicitos admodum esse in explicandis Masorethicis & Grammaticis Criticis; Tal-*

teralem studiose, passim hinc comparent observationes Grammaticæ, doctissimis (o) Grammaticis e gente Rabbanistarum Kimchio & R. Jona non sine censura subinde allegatis.

§. IX. Non

---

mud & Mischnam non admittere ut regulam fidei, verum utilem sæpe ad Scripturæ illustrationem. Eadem est illis plane cum aliis Judæis quos Rabbanistas vocant, controversia de Scriptura & Traditionibus, quæ est Catholicis cum Lutheranis, Paucis interjectis pergit: *Grammaticos adversariorum nonnunquam citat ut Kimchium & R. Jonam, passimque ut sensum veneteur, grammatica præcepta solicitat.* vid. plur. ibid. Non modo Legis Mosaicæ sed & Psalmorum explicatio hoc libro comprehenditur, siquidem fides habenda sit R. Schabtai in שפתי ישנים f. 37. col. 2. n. 39. מבחר ישרים או ספר המבחר רבי אהרון הרופא בן יוסף הקראי פירוש ארוך על כל פסוקי תורה גם על תהלים כתיבת יד. *Electio Justorum s. Liber Electus autore R. Aharon Medico ben Joseph Karræo. Commentarius prolixus in omnes versus Legis, nec non in Psalmos; MStus.* (o) Dignos judicavit hos R. Salomon ben Melech e quibus maximam partem Commentarium suum Grammaticum מכלל יופי concinnaret; hinc ita de priori in Præf. ad lib. c. ואחריהם רבי דוד קמחי עליו אמרו האחרונים על דרך הלצה אם אין קמח אין תורה *Hos* (in præcedentibus memoratos) *excipit sapiens ille R. David Kimchi, de hoc a subsequentium ætatum hominibus elegans dictum circumfertur: deficiente farina, lex quoq; deficit.* de posteriori id. l. c. כתב עליו ר"י"ק בספר מכלל בסימן ב"א שגברה ידו במלאכת הדקדוק

§. IX.

Non ita pretiosa quæque selecta ac libro præcedenti *Selecto* recondita, ut de penuria querelas moverent posteri, non ita demessa omnia, ut de spicilegio desperarent alii, dum legerunt majores, materia colligendi relicta quoque filiis. Selecta licet sint nonnulla, est tamen quo satientur quoque subsequentium ætatum mortales, diti gaza repleta esse volumina sacra *R. Jaacob ben Reuben* testis est. Sacratioribus Musis quum vacat hic, novos pandit thesauros, quos reseratos exhibet ספר העשר *Liber divitiarum*, quo Legem, Prophetas & Hagiographa satis prolixe explicare annititur. (p)

§. X.

Selectiora pateant licet; divitias ostentent alii, neque nunc tamen exhausta omnia quivis fatebitur, qui de profunditate Scripturæ accuratius informatus est. (q)

K 3 No-

(R. Jona) R. David Kimchi in libro מכלל *num. 21. memoriæ prodidit, magnum hunc fuisse in arte Grammatica.* (p) Ita de eo R. Schabtai in שפתי ישנים f. 60. col. 1. n. 93. ספר העשר ר' יעקב ב"ר ראובן הקראי פירוש ארוך מאוד על תנ"ך כתיבת יד *Liber Divitiarum autore R. Jaacob fil. R. Reuben Karræo i. e. Commentarius satis prolixus in Legem, Prophetas & Hagiographa. MStus.* (q) Siraci c. XXIV. 28. 29. οὐ συνετέλεσεν ὁ πρῶτος γνῶναι αὐτὴν, καὶ οὕτως ὁ ἔσχατος οὐκ ἐξιχνίασεν αὐτήν. ἀπὸ γὰρ θαλάσσης ἐπληθύνθη διανόημα αὐτῆς, καὶ ἡ βουλὴ αὐτῆς ἀπὸ ἀβύσσου μεγάλης. *Neque primus perfecte novit eam, neque similiter ultimus per-*

Novus emrgit enim Interpres *R. Jehoſchia ben R. Jehuda*, cui poſt uberrimam aliorum meſſem tantum remanſit, ut vel in ſolo primo Moſis libro inveniret, quo vaſtum aliquod opus conſcriberet בראשית רבא vel ספר בראשית *Geneſis magna ſ. Liber Geneſeos* dictum, quo Philoſophice explanat librum hunc ſacrarum originum. (r)

§. XI. Tra-

veſtigavit eam; Supra mare multa eſt eius cogitatio, & conſilium ejus ſupra abyſſum ingentem. Idem Auguſtin. Ep. 3. ad Voluſ. inculcat: *Tanta eſt chriſtianarum profunditas litterarum, ut in eis quotidie proficerem, ſi eas ſolas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam ſenectutem maximo otio, ſummo ſtudio, meliore ingenio conarer addiſcere, non quod adeaqua neceſſaria ſunt ſaluti, tanta in eis perveniatur difficultate, ſed cum quisque ibi fidem tenuerit, ſine qua pie recteque non vivitur, tam multa tamque multiplicibus myſteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus reſtant; tantaque non ſolum in verbis, quibus iſta dicta ſunt, verum etiam in rebus, quæ intelligenda ſunt, latet altitudo ſapientiæ ut animoſiſſimis, acutiſſimis, flagrantiſſimisque cupiditate dicendi hoc contingat, quod eadem ſcriptura quodam loco habet: quum conſummaverit homo tunc incipit.* (r) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 14. col. 1. n. 99. ס׳ בראשית ונקרא גם כן בראשית רבא רבי יהושיע בן רבי יהודה הקראי חבור גדול על ס׳ בראשית ע׳פ פילוסופיא *Liber Geneſeos qui vocatur quoque Geneſis Magna autore R. Jehoſchia fil. R. Jehuda Karrao. Volumen magnum in librum Geneſeos philoſophice concinnatum.*

§. XI.

Tractant oracula ſacra admodum ſtudioſe Karræi, at non eo ſolum fine, ut τὰ ἐκ νόμου in numerato habeant, de praxi, adverſariis etiam tantopere laudata, (s) nec quic-

(s) Rabbinorum doctiſſimus Dav. Kimchi patrum declarat doctrinam circa hæc in Prof. Comment. in Joſ. ואמרו
רבותינו ז״ל לומדיהם לא נאמר אלא עושיהם
מלמד שהמעשה גדול ואף על פי שאמרו הם ג״כ
התלמוד גדול התלמוד מביא לידי מעשה לא
הגדילו התלמוד אלא מפני שהוא מביא לידי מעשה
ולא יכשר המעשה מבלי הלמוד כמו שאמרו אין
בור ירא חטא ולא עם הארץ חסיד אלא בודאי
שהמעשה גדול כמו שאמר הכתוב ולמדתם
אותם ושמרתם לעשותם למדו בעבור שתעשו
ואמרו רז״ל כל מי שישנו בעשייה ישנו בלמידה
וכל מי שאינו בעשייה אינו בלמידה ואמרו עוד כל
האת אין לו אלא תורה אין לו תורה פי׳ שאת
אין לו עסק בעשיית המצות אלא בקריאת התורה
בלבד אין לו אפי׳ שכר קריאת התורה שנאמר
ולמדתם אותם ושמרתם לעשותם כל שישנו בעשייה
ישנו בלמידה וכל שאינו בעשייה אינו בלמידה
ואמרו כל העוסק בתורה בלבד דומה כמי שאין
לו אלוה שנאמר ללא אלהי אמת וללא תורה
פי׳ שהלמוד מאין מעשה אינו דבר מועיל אבל
הוא מריע ומזיק לעצמו ולזולתו ורמז חכמינו
ז״ל התלמוד מבלי מעשה למי שבנה ביתו ואינו

quicquam soliciti: ulterius haud gravatim progrediuntur, quæque vel κατὰ τὸ ῥητὸν præscripta inibi deprehendunt, vel κατὰ τὴν διάνοιαν per pronam consequentiæ Legem

---

מציב לו דלתות כי בודאי יהיה אותו הבית משולת
ונעזב כמדבר ומקצתם דמו אותו למי שאין לו
בית ובונה דלתות לבית כי טורח ודלתות ללא
תועלת *Dicunt autem Rabbini nostri p. m. non dicitur discentes ea sed facientes,* (Pſ.CXI.10.) *præstantia hoc ipso Praxeos innuitur. Licet enim iidem similiter dicant: magna est doctrina, it. doctrina praxeos est directiva, non aliam tamen ob causam doctrinam efferunt, quam quia ad Praxin viam sternit, neque enim Praxis absque doctrina bona est. Quemadmodum dicunt:* (in פרקי אבות c. 2. th. 5.) *Rudis peccatum non formidat, neque Incultus pius est. Extra controversiam enim Praxis magnum habet momentum; quemadmodum Scriptura quoque dicit:* (Deut.V.1.) *Discatis ea ac custodiatis ut faciatis illa, discite eam ob causam ut reipsa exprimatis. Amplius dicunt Rabbini nostri p. m. omnis qui se Praxi addixit, doctrinæ quoque attendat necesse est; omnis vero qui praxeos non studiosus est, nec doctrinæ addictus erit. Pergunt iidem: Omnis qui dicit nil mihi cura nisi lex, illi non est Lex i. e. qui dicit nil negotii mihi cum observatione legum facesso, solum in lectione earum occupor, illi nec pro lectione quidem merces speranda; quia dictum est: discatis ea custodiatisque propterea ut faciatis illa: quicunque Praxi addictus est, addictus sit doctrinæ necesse est & quicunque Praxin minus curat haud quoque solicitus erit de doctrina. Dicunt etiam quicunque soli Legi inhæret, similis illi est qui DEum non habet, Q. D.* (2.Chron.XV.3.) *iis quibus verus Deus non est ac iis quibus non est Lex, indicare volunt, doctrinam absque praxi rem nullius usus esse, potius*

Legem comparent, (t) in usus transferunt, ipso opere exprimere hæc satagentes. Agenda inde ipsorum exurgunt Ecclesiastica; hujus fontis est, quicquid civilium legum possidet hoc hominum genus. Plures vero sunt qui ritus ac statuta uno volumine congesta exhibent, e quorum numero memoratus jam nobis est in præcedentibus *Aharon ben Eliahu*, cui a latere adest *R. Elias Baischizius s. Byzantinus fil. Mose fil. Menachem*, uti nec nomine ita nec argumento & dignitate multum distans: libri quem composuit titulus est אדרת אליהו *Pallium Eliæ*. Præcepta hoc volumine explicantur affirmativa & negativa, unde & ספר מצוות *Liber Præceptorum* vocatur aliis. (u)

L §.XII.Re-

mala ac damna sibi & aliis inferre. Comparant etiam Rabbini nostri p. m, Doctrinam absque praxi illi, qui domum suam extruit, nec tamen in ea januas constituit, certe enim domus ita exstructa deserta ac relicta erit sicut desertum. Aliqui assimilant talem illi qui portas ædificat, quum tamen domo destitutus sit, onus enim portarum nullius usus erit. (t) Triplici fundamento sua superstruunt Karræi, *Scripturæ, Argumentationi & hæreditariæ interpretationum transmissioni*, quam ipsam tamen corrigendam volunt sicubi deficiat. Tradit hoc Jehuda ben Eliezar & ipse Karræus seq. rythmis:

וישענו על דרכים שלושה //
כתוב והקשה וסבל הירושה //

Et subnituntur (Karræi) *viis tribus,*
Scriptura, Argumentatione, & hæreditaria interpretationum transmissione. vid. Selden. de uxor. Ebr. L. 1. c. 3. p. 7.

§. XII.

Remotarum gentium ritus & consuetudines vivendi nosse curatius, non minima eruditionis pars est, doctissimis quibusque desiderata anxie: Hinc exteras olim

(u) Eius meminit Jo. Buxtorf. in Biblioth. Rabb. p. 309. his verbis: אדרת אליהו *Pallium Eliæ. Liber agens de ritibus Karraorum, in quibus a cæteris dissident, a R. Elia Baschiaco, Edit. Constantinop.* Luculentius vero quid eo tractetur pandit R. Schabtai in שפתי ישנים f. 4. col. 1. n. 71. אדרת
אליהו רבי אליהו בשיצי בן משה בן מנחם הקראי
ונקראים כן כת הקראים שאומרים שהם מקיימים
המקרא כפשוטה ובימי צדוק וביתוס התחילו כת
הקראים ה״כל וספר זה הוא על המצוות עשה ולא
תעשה ומתחיל מדיני קידוש החדש ועברונות
כי הוא עיקר החלוקים בינם ובין כת הרבנים
וכו מפרש קצת ע״י תכונה הליכות השמש
והגלגלים ו״אחכ המצוות כסדר כל השנה שבתות
וימים טובים וכל המצוות עד סדר ירושה ומת
ובנו רבי כלב אפינדופולו התחיל מדיני שמיטה
ויובל והשלים אותו ונקרא גם כן ספר מצוות דפוס
קונסטנטינא *Liber Pallium Eliæ insignitus, autore R. Elia Baischizio, filio Mosis, fil. Menachem Karrao. Sic autem dicuntur, qui sunt de Secta Karraorum, quod se Scripturam servare dicant juxta sensum simplicem & literalem. Cœpit hæc Karraorum Secta tempore Zadocki & Baithosi. Liber vero hic agit de præceptis legis affirmativis & negativis, & incipit a constitutionibus de novilunio & embolismis, quia hac ma-*

olim lustrabant oras frequentes, terras circulabantur & maria ex aliorum vivendi regulis suas emendaturi. Nec Hebræa gens, invisa licet, insalutata permansit; habebat

L 2

teria radix est controversia inter illos & Sectam Rabbanistarum. Deinde astronomice exponuntur in eo cursus solis & stellarum, præterea præcepta secundum ordinem Sabbatorum & Festorum totius anni, quin omnia præcepta usque ad ordinem de hæreditate. Cui autor immortuus. At filius eius R. Caleb Aphindopolo ulterius incœpit a constitutionibus anni Sabbatici & Jubilei, eumque ad finem perduxit. Alio titulo etiam Liber Præceptorum vocatur. Impressus Constantinopoli. Est hic is quem MStum vidit Seldenus de Anno Civili Vet. Jud. c. 2. p. m. 8. ita scribens: *Scripsit ille* (Eliah ben Moseh) *Tractatum ex receptissimis Sectæ suæ sententiis desumptum ac in* סדרים *seu Ordines distributum, quorum primus est* בזמנים *de Temporibus adeoque de die, nocte, septimana, mense, anno. Et* inquit, שהמצוות תלויות בזמנים להיות
ידועים כגון בקר וערב ויום ולילה חדש ושבוע
ושנה על כן ראוי לנו לבארם תחלה קודם התחלנו
לבאר במצוות התורה *Cum præcepta ex temporibus notissimis, veluti matutino, vespertino, die, nocte, mense, septimana & anno pendeant, visum est nobis ea explicare, antequam explicationem præceptorum legis aggrediamur. Ordo ejus secundus est de Sabbato, tertius de Paschate, quartus de festivitate paschali, quintus de ea quæ est septimanarum, sextus de Incestu seu concubitu illicito, sed mutilus. Nec plura habentur in exemplari, quo utor. Floruit sub annum 240, chiliadis judaicæ sextæ, id est Christi 1480. Mosen Maimonidem, Aben Ezram, Levi ben Gersom, Traditionalium alios subinde*

bat & hæc quod in admirationem raperet peregrinos; non præruptæ viæ, non inhospita saxa aditum ad eam Philosophis præcluserant. Enimvero labore hoc, improbo certe, supersedemus nos, postquam literarum monumentis apertior Judæa facta. In præcedentibus memoratus R. Eliahu, hunc alius excipit liber, autoris incerti, quo ita dilucide Karræorum vivendi ratio exexposita deprehenditur, ut quantum hi a Sadducæis præcipue ac aliis Sectis distent, pateat ad oculum. A materia, quæ pertractatur inibi מנהגי הקראים *Karræorum Ritualia* vocatur ut plurimum. (x)

§. XIII.

Aliquot Juridico Rituales libri in conspectum dati hactenus, at vero latior est Jure consultorum campus, quam ut unus emetiri eum valeat; mortalitas est, quæ matu-

---

citat. Byzantii aut loco aliquo non ita dissito scripsisse eum vix dubito. Nam Tabulas Astronomicas calculum motuum solis & lunæ constructurus ait se operaturum באופק קוסטנדינא מסכים לדעת אלבתאני *ad latitudinem seu horizontem Constantinopolis juxta doctrinam Albatenii Arabis.* Plura vid. ap. cit. Seld. (x) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 44. col. 1. n. 199. תמצא הפרש בין כת הקראים ובין כתות הצדוקים וביתוסים וכן כת הפרושים וכת יהודה הגבלני מארץ הגליל: *Deprehendes in eo differentiam Karræorum a Sadducæis & Baithosæis, itemque Secta Pharisæorum nec non Jehuda Gablanæi ex terra Galilea.* Venetiis impressus est iuxta Buxtorf. Append. ad Biblioth. Rabb. p. 456.

maturitati studiorum obicem ponit, conjuncta cum amplitudine eius quod tractatur; ἐκ μέρους γινώσκομεν omnes, ipsa veritate judice. Quare citra dubium generaliora indicasse solum memoratis autoribus sufficiebat, strictius nonnulla persequendi aliis occasionem suppeditantes; Quam quoque ita captabant aliqui, ut in difficilioribus vires experiri non dubitarint. Matrimonialia jura præ cæteris utilitate ubique obvia se commendabant doctioribus Karræorum, quapropter certatim his se dedebant totos fere. E quibus nominamus nunc *R. Jehudam Pocki*, autor hic est libri שער יהודה *Porta Jehudæ* dicti, quo materiam de Incestu & Concubitu Illicito prolixe exponit. Impressus Constantinopoli anno Christi M D LXXXII. (y)

 §.XIV.Quæ

(y) Doctissimus Seldenus, qui mutuo eum accepit a Radulpho Cuthwortho Cantabrigiensi ita de eo libr. de Anno Civil. & Calendar. Jud. c. 2. p. 7. *Libri Scripturariorum, quantum hactenus ediscere potui, admodum sunt pauci. Nec quidem typis impressum alium mihi videre contigit præter unicum illum* שער יהודה *dictum, seu Portam Jehudæ, qui totus est* על עניין עריות *de Incestu & concubitu illicito, autore R. Jehuda Pocki* מעדת בני מקרא *ex cœtu seu secta Judæorum Scripturariorum. Editus est hic Constantinopoli anno Mundi iuxta eorum calculum 5342, seu Christi 1582.* Celeberrimus quoque Carpzovius dono datum sibi affirmat a Judæo Cracoviensi Introd. ad Theol. Jud. c. 4. p. 13. *Sed & ipsi*, ait, *illorum primum* (sc. שער יהודה) *possidemus, dono ante triennium a Judæo quodam Cracoviensi oblatum. Impressus est Constantinopoli anno* ש"מב *i. e. Christi M D LXXXII.*

§. XIV.

Quæ circa matrimonialia obſervari debent, quotidiana equidem ſunt pleraque & in communi vita tantum non ſemper obvia, verum iis ſæpe involuta tricis, ut extricare ſe & artis ſit & laboris. Ita compluribus nodis adſtricta interdum cuncta, ut in ſemetipſos implicati, omnem celent nexum. Quare vincula hæc inexplicabilia plures ſolvere adgreſſi, ut hæſitationem unius alterius ἀκριβεία compenſaret. Certe R. Aharon b. Eliahu in libro Juridico-Rituali ſuperius recenſito tantum annotavit, ut vel hoc ſolum juſtæ magnitudinis librum conficiat. R. Jehuda Pocki modo memoratus teſtimonio ſuo confirmat idem. Hos alius nunc excipit, *R. Jeschua*, boni ut videtur, publici ſtudioſus quam maxime, hic, ubi nexus incipiant quove condant ſe, ut facilius ratione percipi queat, viam diverſam a præcedentibus ingreſſus per quæſtiones & reſponſiones rem omnem dilucide monſtrare conatus eſt, conſcripto hanc in rem peculiari libro, qui שאלות ר׳ ישוע *Quæſtiones R. Jeſchuæ* inſcribitur. (z)

§.XV.In-

Hiſce gemina docet R. Schabtai in שפתי ישנים f. 79. col. 4. 2. n. 167. והוא על כל דיני עריות וקרבות האסורות זה לזה מצוייר חכל בעגולים עגולים כמו אילנות גם חבר ב׳ כרכים תפלות ובקשות רפוס קונסטאנטינא השמ״ב : *Agit vero iſte de Inceſtu ac gradibus prohibitis. Omnia formata ſunt per circulos rotundos admodum arborum. Compoſuit etiam duo volumina Orationum & precationum. Impreſſus Conſtantinæ anno 5342.* (z) R. Schabtai in שפתי

§. XV.

Tantum involuta sunt matrimonialia jura, ut nec evolvi queant dum revolvuntur pluribus, nodant sæpe plus quam enodant docti: quare fit ut nunquam materia differendi præscindatur penitus. R. Jehuda Pocki & R. Aharon b. Eliahu strenue in hoc decurrebant stadio, verum non sine præcursore. Idem saxum ante eos volvebat *R. Caleb Aba* edito libro cui titulus ספר חכימה seu אגרת חכימה quo materiam hanc ex instituto pertractat. (a)

§. XVI.

Visi a nobis Karræi, sed Matrimonialibus intenti, in hæc vero non ita animi intendunt vires, ut ad reliqua Codicis S. præcepta attendant segnius. Non ita lyncei

---

שאלות רבי ישוע בן יהודה ישנים f. 73. col. 1. n. 39. הקראי מדיני אסור עריות ותשובות ר׳ יעקב בר שמעון והוא ספר מרבי בנימין בן משה מדיני ומנהגי הקראים כ״י *Quæstiones R. Jeschua ben Jehuda Karræi de Gradibus prohibitis ac responsiones R. Jaacob fil. Schimeonis. Et hic liber est a R. Benjamin, fil. Mosis de Juribus & ritibus Karraeorum. MStus.* (a) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 31. col. 2. n. 15. ספר הכימה או אגרת חכימה ר׳ כלב אבא הקראי על אסור ענייני קורבת העריות הובא בספר שער יהודה *R. Caleb Aba Karæus autor est libri* חכימה *qui agit de probibitione rerum quæ circa Incestum occurrunt adductus in libro Schaar Jehuda.*

cei sunt in his, ut caligent in aliis. Diligentia eorum occupatur quoque tantum in cœteris Legibus divinis ut peculiares inde surgant libri, in quorum censum primum venit ספר מצוות autore *R. Said fil. Japhet & R. Levi ben Japhet*, qui conjunctis viribus vastæ nobis opus MStum concinnarunt de Præceptis S. Codicis; (b) idem quoque executus *R. Aharon ben Joseph.* (c)

§. XVII.

Hortos amœnitate conspicuos laudat cum ætate nostra antiquitas; tantum valent fragrantes flores ut ut cum omnium pertæsi sunt mortales, hos tamen nec quicquam fastidiant: vel ipsi reges fasces permutabant cum rastris, paradisos propriis conserentes manibus. At nec his omnes afficiuntur delitiis, eadem rosâ propius nonnihil admotâ naribus respirat hic exspirante altero. Alia sunt quæ animum satiant, Paradisus Dei plantatus manu; flores hic sunt, qui nil nisi divina spirant: quare omnes, qui in hoc aliquid suscipiunt laboris, laudibus non

---

(b) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 47. col. 2. n. 283. ספר המצוות רבי סעיד בן יפתי ורבי לוי בן יפת הקראים חבור גדול כתיבת יד *Liber Praeceptorum autoribus R. Said ben Japhet, & R. Levi ben Japhet Karrais, volumen magnum MStum.* (c) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 47. col. 2. n. 285. ספר המצוות רבי אהרון בן יוסף הקראי הובא בספר שער יהודה. *Liber Praeceptorum autore R. Aharon ben Joseph Karræo; adducitur hic in libro Schaar Jehudæ.*

oppido digni sunt, e quorum numero eminet aliquoties non sine laude memoratus *R. Aharon ben Eliahu* (d) hic hortum hunc apertiorem dum reddere conatur librum conscribit גן ערן *Hortum Eden* seu *Voluptatis* dictum, quo præcepta Codicis Sacri explanat pro viribus. (e)

§. XIIX.

De hortis judicium qui fert ad fructuum attendit præstantiam; fructus dum laudas horti simul extollis culturam, arcto hæc invicem cohærent nexu. Hoc perpendens secum *R. Jehuda* ut commendatior homi-

(d) Alius est hic a R. Eliahu ben Mose qui אדרת אליהו *Pallium Eliæ* supra citat. conscripsit, de quo libro nunc notamus extare eum in Bibliotheca Lugduno-Batava at multo auctiorem, quam produxit Seldenus, uti tradit hoc Joh. Mayer in Annot. ad סדר עולם p. 186. *Qui tamen idem liber est, quem paulo ante citavit ex Seldeno MStus, cuius auctor R. Elias ben Mose Candiensis vel Byzantinus, quem Seldenus mutilum produxit in Tractatu de anno Civili Veterum Judæorum & sex Sedarim citavit, cum in eodem libro Constantinopoli impresso, qui extat in Bibliotheca Lugduno-Batava multo plures Sedarim sive ordines & capita inveniantur.* Hæc Mayerus. (e) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 17. col. 1. n. 32. גן ערן ר׳ אהרן בן אליהו הקראי ונקרא ג״כ ס׳ המצוות והוא פירוש על המצוות: *Gan Eden s. Hortus Voluptatis autore R. Aharon ben Eliahu Karræo, vocatur quoque Liber Præceptorum, commentarius est in Præcepta.*

minibus hortus Eden redderetur, fructus inde decerptos affert in libro אשכול הכופר quo prolixo commentario præcepta divina rythmice explicata sistit (f).

§. XIX.

Hæc fere sunt commentaria Karraitica in universum Mosaicarum Legum complexum adornata, digna certa quæ vulgatioris fierent usus typographiæ adminiculo. Duos his superaddimus Codices quos R. Aharon ben Eliahu in Codice MSto rituali a nobis perlustrato subinde citat, nec, quod sciam, ulli memoratos, *R. Jeschuam*, qui commentario decalogum explanat. ספר עשרת הדברים nomen operis est seu *Liber decem Praceptorum.* Alter Commentarius in Legem est, autorem *R. Tobiam* agnoscens inscribitur ספר אוצר הנחמד *Liber Thesauri desiderabilis.* Plura citra dubium sunt huius generis Karræorum scripta, quorum copiam frustra nobis, tanto intervallo ab hoc hominum genere remotis, promittimus. Terræ alio solæ calentes adeundæ, si plura desideres.

§. XX.

Elucescit ex his quantum sacratioribus studiis teneantur Karræi, quibus ut eo majori vacare queant successu atque Interpretis officio rite fungantur, nil omittunt

(f) Schabtai in שפתי ישנים f. 9. col. 2. n. 203. חבור גדול על המצוות ומסודר על עשרת הדבר׳ והכל בחרוזות נפלא כתיבת יד : *Volumen magnum est de praeceptis atq; concinnatum juxta decem pracepta rythmis elegantissimis. MStum.*

tunt, quod ad Hermenevticæ Sacræ accuratiorem cognitionem viam ſternit. Scripta eorum produnt animos Philoſophiæ cognitione non leviter imbutos, Grammatica item ſtudia minime iis ſordent. Non eo inter ipſos res deducta, ut Grammatici nomen objiciatur pro convitio; non hæc inolevit perverſa cacoethes: ex dignitate rem omnem metiri norunt, hinc per campum hunc dum exſpatiantur frequentes, multa politioris eruditionis monumenta eruderant & ad radiatum inſigne diei producunt. Inter alia vel inde hoc liquet, quod peculiaria adornent ſcripta, quibus Grammatices cognitionem inculcant ſedulo. Liber כלילת יופי *Perfectio Pulchritudinis R. Abaronis ben Joſeph* hunc finem præfixum habet, quippe quo præcepta Grammatica explicantur unice. (g)

§. XXI.

Summa labant nullis ſuperſtructa fundamentis, hæc ſi concutiantur, ſurſum atque deorſum cuncta ruunt; ſi abſint, omnis illico laxatur compages: ſed quo firmiora ea ſunt, eo magis perennant, quæ illis innituntur. Non hoc fugit Karraiticam gentem, norunt hæc vel experientia quotidiana edocti, quare ea ſeligunt fundamentorum loco, quæ (recte applicata) arietum pulſus elu-

M 2

(g) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 32. col. 1. n. 26. ita: כלילת יופי רבי אהרון הראשון הרופא בן יוסף קראי ספר דקדוק: *Perfectio pulchritudinis autor R. Aharone primo Medico fil. Joſephi Karræo, liber Grammaticus.*

eludunt omnes haud difficulter. Scriptura Sacra est, quæ nullis τῶν ἐξ ἐναντίας movetur furoribus, nec mota est unquam, perstat immota semper, in cassum laborant qui eius convellere satagunt autoritatem. Hinc in eo certe merentur laudem Karræi, quod dogmata sua non cariosis veterum Rabbinorum fundamentis, Rabbanistarum more, inædificent, sed Codici Sacro & αὐτοπίςῳ & ἀξιοπίςῳ. A variis hoc tentatum, inter quos præ aliis Europæis innotuit *R. Joseph ben R. Mose*, hic ut suos in religione Karraitica firmaret, peculiarem conscribit epistolam קריה נאמנה *Civitas Stabilis* dictam, qua quicquid fundamenti ex Sacris Literis exsculpere valet colligit, veritatem religionis suæ adstruere inde allaborans. (h)

§. XXII.

Servire nos Deo convenit ut domino, obsequi ut Patri; vinculum vero quo sibi nos religat constringitque religio est. Non hæc vi externa sed argumentorum efficitur pondere. Intempestivus fervor est, quo non tam docetur quam cogitur, quo errantes non argumentis sed ferramentis, non acie verbi sed ferri, non igne charitatis sed carnificis tolli jubentur; (i) suaderi vult

(i) Lactant. l. V. Instit. c. 14. *Quis imponat mihi necessitatem vel colendi quod nolim, vel quod velim non colendi.* Ita quoque Bernhard. Serm. LXVI. in Cantic. ait: *Fidem suadendam non imperandam esse.* Hos κατὰ πόδα sequitur

vult cogi nescit Karræorum quoque judicio. Sedulo hi ergo in id incumbunt, qui religionem suam argumentorum robore assertum eant. Multus in hoc est, variis ingenii monumentis eruditioribus notissimus, *R. Aharon ben Eliahu*, peculiari enim libro quem נוצר אמונים *Custodiens Fideles* inscripsit, fundamenta religonis suæ multis rationibus firmata profert. (k)

§. XXIII.

Rogum Talmudi qui extruunt, næ illi vel incomperta dijudicare præsumunt, vel affectuum æstu nimium quantum in transversa abripiuntur. Sunt in eo multa sana at inutilibus interdum involuta corticibus; multa fida antiquitatis Judaicæ collapsæ rudera comparent ibi, vestigia deprehenduntur ad convellendam Judæorum hodiernorum perfidiam, illustratur inde utriusque Testamenti historia, sunt ibi ex antiquitate proverbia, in-

 signes

Thuan. præf. ad libr. Histor. *Alia quippe omnia pro arbitrio civilis magistratus atque adeo Principis sanciuntur, sola religio non imperatur, sed ex præconcepta veritatis opinione accedente divini numinis gratia, bene preparatis mentibus infunditur. Ad eam cruciatus nihil valent; quin obfirmant potius animos, quam frangunt aut persuadent.* (k) R. Schabtai in שפתי ישנים f. 33. col. 2. num. 11. נוצר אמונים רבי אהרון בן אליהו הקראי ובו ק״א פרקים מעיקרי האמונה כתיבת יד/ *Nozer Emunim s. Custodiens Fideles autore R. Aharone ben Eliahu; absolvitur hic liber CIX.*

ſignes ſententiæ acuteque dicta innumera. Sunt econtrà quoque, quæ diſplicent eruditioribus & inter hos Karræis maxime, θεοπνευστίαν enim Talmudis dum impugnant illi, ſubinde vaniatem contentorum evincunt. Unus e primariis eſt *R. Aharon ben Joſeph*, peculiari hic libro מורה אהרון *Doctor Aharonis* dicto in Rabbaniſtarum & ritus & traditiones inſurgens, βεβήλους καὶ γραώδεις μύθους ſæpius eſſe pluribus adſtruit. (l)

§. XXIV.

Ordinem qui claudant duo adſunt Karræorum, alter *R. Elias Byzantinus* ut aliis ingenii monumentis ſic libro quem de ordinatione ſolenni Presbyterorum ſcripſit clariſſimus. *Liber Presbyterorum* Ebraice ספר זקנים vulgo audit hic. (m) *R. Joſua* alter eſt, materiam de ערוות

capitibus, de fundamentis fidei. MStus. (l) Buxtorf. Biblioth. Rabb. in Append. p. 454. ita: מורה אהרון *Doctor Aharon, R. Aharon Karraitæ, refutatio nugarum Talmudicarum MStus.* Nihil abludit R. Schabtai in שפתי ישנים f. 40. col. 1. n. 108. ita ſcribens: מורה אהרון ר׳ אהרון בן יוסף קראי פלפולי הקראים נגד מנהגי כת הרבנים האשכנזים ונגד הקבלה כ״י: *Moreh Aharon ſ. Doctor Aharonis, autore R. Aharone fil. Joſephi Karræo: i. e. Diſputationes Karræorum contra ritus Rabbaniſtarum Germanorum, nec non contra Traditiones. MStus.* (m) Cl. Hottinger. Primit. Heidelb. Diſſ. 1. p. 25. *Idem* (R. Elias Byzantinus) *ſcripſit* ספר זקנים *Librum Presbyterorum; quoniam rationem presbyterorum ſ[..]u qui in ordinatione ſolenni ſive ma-*

עריות f. *Gradibus prohibitis* in ספר הישר *Libro Recti* operose exponens. (n)

§. XXV.

Inter Arabes plerumque hospitantur Karræi, lingua ubi omnibus una est, qua re fit ut plura sermone exarent vernaculo, quæ nos in his oris maximam partem vel latent penitus, vel non adeo bene cognita sunt, prætermissa ergo ne in certis compleremus chartas. (o)

---

nuum impositione in presbyteratum id est Jurisconsultissimul & Theologi dignitatem evecti sunt, *continet*. (n) Id l. c. *R. Jehosua discipulus R. Josephi* הרואה *Videntis scripsit* ספר הישר *Librum Recti*, *ubi etiam operose de* עריות *agit*. (o) Vid. Hotting. Bibl. Orient. Hist. Eccl. Sec. XII.



DISPUTATIO IV.

DE

DOGMATIBUS KARRÆORUM.



CAPUT IV.

DE

Dogmatibus Karræorum.

§. I.

De Karræorum Nomine, Origine & Libris actum nobis est per præcedentia capita, quantum instituti permittebat ratio: dogmatica nunc aliqua capite hoc ultimo sistimus e MStis Codd. excerpta ut plurimum, (a) non quidem omnia, vasta enim conscribenda

 sic

(a) Non exscribimus quæ vel Rabbanistarum aliqui R. Abarbenel R. Aben Esra R. Levi ben Gersom, Autor libri כוזרי R. Lipman aliique in commentariis suis de eorum dogmatibus cum refutatione tradiderunt, vel quæ inde partim, partim ex ipsis Karræorum monumentis hauserunt Christiani, Seldenus *de Anno Civ. & Calend. Ebr.* nec non *de Uxore Ebr.* Joh. Meyerus in *de Fest. Ebr. de Uxore Christ. in Annotat. ad* סדר עולם &c. ne observatis aliorum compleamus chartas non sine Lectoris tædio,

sic fuissent volumina, sed specimen solum, ut nosmet intra limites Dissertationis contineamus, placitorum Karraiticorum dare hac vice animus est.

§. II.

Ομφαλον Θεολογίας Rabbanistarum adoriuntur Scripturarii, Legem sc. Ore propagatam: susque deque enim habita omni & ratione & autoritate quibus Θεοπνευστίαν conciliare conantur traditionibus earundem admiratores, cunctas Glossas, Constitutiones & quicquid illis sub specioso חלכות למשה מסיני. *Traditionum Mosaicarum e monte Sinai*, titulo venit, respuunt, (b) sola

(b) Quamvis vel singulæ paginæ scriptorum Karraiticorum de hoc testentur abunde, lubet tamen audire R. Aharonem ben Eliahu, qui in Commentario MSto in Legem כתר תורה Corona Legis dicto sequentia prodidit: המחלקת הראשונה זאת היא שאומרים ויש דברים אשר נאמרו למשה על פה נמסרים והם היו בקבלה מפי משה דור אחר דור כתבתיהם עד שבא להם זמן ונתאוה להתכם לכתבם בספריהם *Controversia prima hæc est, quod dicant, aliqua esse quæ dicta Mosi fuerint propaganda ore, & hæc per Traditionem adesse inde ab ore Mosis generatione una insequente alteram juxta mentem ipsorum, usque dum adveniret tempus, quo visum illis fuerit consignare ea literis.* Rejiciunt hanc Rabbanistarum sententiam variis inducti rationibus; quas R. Aharon ben Eliahu in dicto libro כתר תורה in Præf. pluribus satis docte persequitur, inter alia ita scribens: כי מה ראה נותן התורה בתחלה שמקצת מצוות לכתוב ומקצת מצוות בקבלה ולומר להכתב

ſola ἔγγραφα pro irrefragabili norma ac regula recipientes. (c)

לא היו ראויין אי אשר והם דברים מעשיים
והשם אמר ליהושע לא ימוש ספר תורה הזה
מפיך והגית בו יומם ולילה למען וגו׳ ואם על
פה מסורים מה צורך ההגיון לנביא וחוזה/
Sed quare viſum fuiſſet Datori Legis in principio, ut aliqua præcepta mandarentur literis, aliqua autem præcepta innoteſcerent Traditione? nec enim eſt ut dicas minus fuiſſe digna quæ comprehenderentur Scriptis, res quum ſint in praxi conſiſtentes; Præterea ad Joſuam DEUS dicit: (Joſ. I. 8.) *ne recedat liber hic Legis ab ore tuo, ſed mediteris in eo dieſque noctesque propterea ut &c. ſed ſi ore fuiſſent tradita, quid opus habuiſſet in eo meditari Propheta vel Videns.* Non tantum vero omnem θεοπνευστίαν Traditionibus Rabbaniſtarum abjudicant Karræi, ſed nequidem in ſubſidium explicandi Scripturam vocari debere contendunt, dum Scripturam per Scripturam explanandam aſſerunt hinc inde; teſtis denuo adſit citat. R. Aharon ben Eliahu in Præf. ad כתר תורה MSt.
והמחלוקת השנית שאומרים מה שכתוב בתורה
צריך פירוש על פי הקבלה האמורה וזה לא
יתכן שהכתוב נמשך אחר הסכמת הדבור ועלכן
הסכם הדבור לבאר חפץ המדבר בחבור שאם
לא יתוקן הדבור לפי חפץ הסדבר לשוא יהיה
הדבור לכל מבין וסוברת *Controverſia altera eſt, quum aſſerunt, id quod in Lege ſcriptum extat, neceſſe eſſe exponatur juxta præſcripta Traditionum dictarum. Enimvero minus hoc eſt conveniens. Scriptura enim in eum trahenda eſt ſenſum*

§. III.

Fontes Theologiæ Rabbaniſtarum ut obſtruendos clamitant Karræi, ita quoque rivos labentes inde ſublatos

---

qui cum verbis conſentit, nam ea propter convenit ſermo ad explicandam loquentis voluntatem in libro. Si enim minus adaptetur oratio voluntati loquentis, vana erit illa omni & intelligenti & prudenti. Tandem poſt multa contra Traditiones adducta argumenta concludit דבריהם סותרים זה את זה עלכן נטו חכמי האמת משביל הקבלה נשענו על הכתוב כלבד ללכת דרך כלולה *Verba ipſorum contradicunt ſibi invicem, propterea declinant veritatis amantes de ſemita Traditionum, atque ſoli innituntur Scripturæ ut via incedant perfecta.* Si modum vero quo Scripturam interpretantur Karræi, quemque ſecutus eſt R. Aharon ben Eliahu in commentariis ſuis expetas, en damus eundem ex eodem MSto Cod. ubi ſequentia comparent rythmice ut plurimum concepta:

ואמנם הדבור יתכונן תקונו בששה דרכים :
כפי שביארם החכם ר' ישועה בספר עריות ערובים :
והכתוב הולך אחרי חכמת המבטא :
ולעולם לא יחטא :
וכמו שיתבאר החפץ בדבור המבואר כיריעה :
כן יתבאר החפץ בכתוב בלי מניעה :
לכד אם יהיה הכתוב ההוא מתוקן לאשר יודעו :
וצריך לקחת אותו למשמעו :
זולת שלא יכחישהו :
החרגש כנגלה ולא יבטלהו :

tos aptant, dogmata scilicet, quæ ex scaturigine hac longe diffunduntur lateque. Persuasum vulgo est, non

N 3 mul-

השכל במופת מעולה ושלא יהיה לו סותר :
מכתוב אחר ושלא ימצא כדומה לו יוצא ממשמעו
לבחירת בוחר :
ואם אין אחר מאלו הפנים :
צריך שיוקח הכתוב כמשמעו ולא בדרכים משונים :
אבל אם יהיה באותו הכתוב :
חסרון מאמר או אות השמש :
שאי אפשר שיתבאר המכוון :
כפי שהוא נאמר אי אפשר שלא נשען :
הכתוב על המבין במקום שלא תקצר ההבנה :
וכיוצא בזה נמצאת :
בכתוב וצריך לתקון :
ויש כתוב שאין בו חסרון :
או אות השמוש אפשר :
שיסבול פנים מחולפים וזה וזה יכשר :
ויסבול החלוקות :
והוא תחת הספק לאופנים משונים והחקירה :
תוציאנו להסכים :
אל אשר יתרבו אליו הסימנים :
ואולם אם המאמר ילקח בשתי אמתיות בשוה :
די לקחת את שני הפנים כאשר יצוה :
לבד שלא יהיה כחוש :
כי בהיות כחוש :
אי אפשר להלקח :

multum distare sententijs utramque partem, at minus, ut conjicimus, bene. Hoc ipso enim, quod Traditionibus,

---

שני הפנים ישלח:
ולנטורת:
במה שהוא יותר נאות:
לפי ההקרבה:
שהיא תלויה:
על פי המחשבה:
ואולם הנשענים על הקבלה:
כפרושי התורה:
אם תהיה קבלתם באותו הכתוב הנקרא:
שהוא מחוסר תקון ישטענה:
שיש להשען עלפי הקבלה:
מן האלהים אשר נתנה:
אבל בהיות הכתוב ההוא בנוי לפי חכמת הטבע:
והם יביאו אופנים אחרים זולתי המובן היא מחשבת
נוטה:
ודרך נטייתם בעבור שכל מאמר גוזר:
הוא בנוי מנושא ונשוא זה סוה להעזר:

Enimvero orationis structura intelligitur sex modis,
Quemadmodum eos explicat R. Jeschua in ערייות ערובים
Quod enim scriptis est exaratum, respondet sapientiæ pronunciantis,
Nec unquam deflectit.
Quemadmodum enim explicatur voluntas sermone perspicuo ut cognoscatur:

nibus bellum indicunt, quis non videt arma simul stringere eos impigre contra omnia dogmata ex hoc principio

Sic quoque nil prohibet, quod minus voluntas scriptis declaretur,
Modo scriptura illa adaptata fuerit illi qui novit eam,
Tunc necesse est accipiat in sensu literali,
Præterquam ubi contrariatur
Sensus manifesto. Neque impediat id
Ratio per demonstrationem aliquam præstantem, neque contradictio ipsi insit
Ex alio Scripturæ loco, & quando Parallelismo destituitur.
(Tunc) excipiatur à sensu literali pro voluntate cujusque.
Si vero nullus ex his compareat modis,
Necesse est accipiatur Scriptura in sensu literali neque diversimode.
Sed si in eo Scripturæ loco adsit,
Ellipsis Sermonis aut litera serviens.
Cum non possibile est, ut explicetur id quod intenditur,
Ea ratione qua effertur, non fieri potest ut non initatur
Scriptura ei, qui eruit ex loco ubi Oratio non est elliptica.
Ejusdemque generis invenitur (Oratio) i. e. ex Paralelismo reali)
In Scriptura. Quare ordinatio necessaria est.
Est tamen Scripturæ locus ubi nec occurrit Ellipsis,
Nec litera serviens qui nihilominus potest
Sustinere modos varios, quorum & hic & ille rectus est:
Atque sustinere discrepantiam aliquam
Dubii quidem loco est (hoc) ob diversos modos; Sed accuratior consideratio
Deducet eum ut consentiat
Cum eo, ad quem concurrunt notæ hæ.
Enimvero si oratio aliqua accipi possit in duabus veritatibus æqualiter;

pio deducta, distent ergo nimium quantum à se invicem, necesse est. Si cui minus hæc certa videbuntur ac

---

Justum est ut accipias duos hos modos quemadmodum præcipit.
Modo non adsit contradictio,
Si enim compareat illa,
Accipi nulla ratione potest,
Sed dimittantur duo hi modi;
Nam inclinandum
In id quod magis est conveniens;
Juxta propinquitatem
Quæ dependet
Ex cogitatione.
Enimvero si innixorum Traditioni
In explicatione Legis
Traditio fuerit in eo Scripturæ loco prolata
Qui eget ordinatione, objici potest:
Quod innitendum sit illi Traditioni
A Deo summo quæ originem habet.
Nam cum Scriptura illa efformata sit juxta sapientiam pronunciantis.
Et isti adducant modos alios præter eum qui intelligitur; Cogitatio declinans est.
Via vero declinationis istorum est, propterea quod omnis Oratio enunciativa.
Ex subjecto constet & prædicato, quorum unum adjumento est alteri.

Plura in Præf. cit. in hanc rem comparent, omittenda brevitatis lege.

(c) Perperam R. Leo Mutinensis Italus solum Pentateuchum pro regula Karræos recipere asserit in libro degli riti Ebraici parte IV, c. I, §. 1. hisce: *Di tutte quelle che fu-*

ac receptæ hactenus sententiæ non adeo consona, illi solius *R. Aharonis ben Eliahu* Libr. Ritual. de quo supra O non-

reno all' hora si è riservata una Setta che ancor che Ebrei ed osservatori della Legge Mosaica, sono però presso loro Heretici, chiamati Carraim, questo nome deriva da מקרא *che è il puro testo della Bibbia, perche essi intendono che si debba osservar solamente il Pentateuco come stà e giace alla lettera, nè admettono nè vogliono udire alcuna interpretatione, glosa, nè ordine de' Rabbini.* i. e. *Una ex omnibus hæresibus, quæ florebant antiquitus, ad nostra usque tempora reservata est, qui eam fovent utut Ebrai sint & Mosaica legis observatores, nihilominus tamen nobis Hæretici audiunt dicunturque Karraim nomine a* מקרא *derivato, quæ vox purum textum designat Biblicum, contendunt enim illi solum servandum esse Petateuchum secundum literam acceptum, neglectis doctorum & expositionibus & Glossis & constitutionibus.* Hæc. R. Leo, cujus autoritate in transversum abrepti alii quoque Christiani inprimis. Enim vero non satis comperta hic refert Mutinensis, multa sunt quæ assensum nostrum remorantur; Nam in כתר תורה R. Eliahu ejusque libro rituali hinc inde responsiones comparent ad objectiones Rabbanistarum è Prophetis & Hagiographis conflatas, indicio satis certo, hæc ut θεόπνευστα admitti ab iis, nec enim alias vel responsionem opposuissent adversariorum telis, vel hi è pharetra hac ea depromere fuissent ausi: ex concessis argumentabantur citra dubium. Unde fit ut reliquos V. Test. libros diurna nocturnaque volvant manu, ita ut commentariis eos declarent subinde, non facturi id si nullo ipsis haberentur loco; adductus nobis est in præcedenti capite ס' המבחר vid. §. VIII. Not. ut & ספר העשר ibid. §. IX. qui veritatem

nonnihil dictum est, commendamus lectionem, pervidebit id, quod nunc se pervidere negat, singula capita omnesque paginas e diametro Rabbanistarum placitis oppositas deprehendet. Nos ex uberrima messe, paucissima saltem pro instituti ratione admetiemur nunc.

§. IV.

Quæ circa Sabbatum observari merentur tam multiva-

---

edocent abunde. Quid? quod doctiores, qui ipsa Karræorum evolverunt scripta veritatem asserti sua autoritate sufsulciant; Morinus libri ספר המבחר possessor in Epist. ad Joh. Buxtorf. (quam vide in Ant. Eccl. or. p. 599.) *Ex eo libro manifestum est*, ait, *Karraitas omnem scripturam Veteris Testamenti non secus ac alii Judæi amplecti*. Devenit post mortem Morini liber hic in manus P. Richardi Simonis itidem Congreg. Or. P. qui idem se inde edoctum affirmat in Supplem. ad R. Leonis Mutin. libellum de Ritib. Ebr. ad Part. V. c. 1. scribens: *Commentator ille Karraus, cujus paulo ante mentio facta est, nuncupatur Aaron filius Josephi, qui decurrente ad finem seculo XIII. adhuc in vivis erat. Is omnes 24. libros biblicos, quotquot in Canone Judæorum exhibentur quoque probat iisque suffragatur*. Id. ibid. §. V. *Multum, imo vero primas defert invariatæ Veterum doctrinæ, consentienti cum aliis scriptis veritati litantibus, remota ab omni levitate & inconstantia humana, omnium denique Judæorum calculo approbatæ. Ut hujus principii omnes libros biblicos, æque ut Rabbanistas & quod omnem fidem superat, eâ, ut hodie apparent, forma punctatos suos & accipere & agnoscere noster ait*. Hæc Simon. liquet hinc a veritatis tramite aberrasse & Mutinensem & illos qui ejus autoritati aliquid tribuere fidei non dubitarunt.

tivaria sunt atque nodosa, ut Thalmudis consarcinatores digna judicarint, quæ integro peculiarique tractatu pertractentur accuratius. Non minori cura atque studio occupantur circa ea Karræorum Doctores, secundum statim (d) locum sibi vendicat Codex שבת apud *R. Abaronem*

(d) Primus tractatus est על ענין החדש *de Mensibus*, quantitate nulli cœterorum cedens, plura inibi adsunt mathematica de *Initio anni*, *de* עבור *seu intercalcatione*, *de plagis mundi*, quæ ut melius capiantur circulis quàm subtilissime expressa sunt, ad modum qui observatus deprehenditur in Maimonidis יד חזקה sed majori elegantia subtiliorique. Rabbanistæ omnes præsertim vero celebris inter suos Mathematicus R. Aben Esra ubique perstringuntur dum placita eorum vocantur sub examen. Diei initium finemque hisce circumscribit: היום תהיה מעת זרוח השמש כנגד מוצק הארץ עד השלים כ"ר שעורת אחרת לזריחה *Dies est a tempore ortus solis respectu centri terræ, usque dum completa sunt 24. horæ post alterum ortum.* De anno ita philosophatur R. Aharon ben Eliahu in MSto cit. והתחלת השנה עת שתכנס השמש במזל טלה עד שתחזור לאותה נקודה פעם שנירת היא השנה *Principium anni tempus est, quo ingreditur sol signum arietis usque dum redeat ad punctum illud altera vice & tunc annus est.* Sed nihil hisce addimus, quam plurima licet addi mereantur ob usus prorsus insignes nemini non notos, cum disciplinam tum Thalmudicorum tum Karræorum hac de re peculiari libro *de Anno Civili & Calendario Veteris Ecclesiæ seu Reipublicæ Judaicæ* ex instituto pertractarit Vir Cl. Joh. Seldenus, qui consuli meretur.

ronem ben Eliahu in Libro Rituali MSto in plura distinctus capita sectionesque minores. Cumque nomina rerum ἐχόμενα sint, doctissimorum consensu, hinc per plures paginas circa voces מלאכה עבורה & מעשה Criticen suam exercet, ac earum explicationi discussionique ita inhæret, ut simul sub examen vocet, quæ & in Contribulium suorum ac Traditionariorum scriniis prodita de illis comparebant. (e)

(e) Opera inter dicta dicuntur, in Sabbato, quod quid sit quamque late pateat, eruere conantur Karræi nulla adhibita Traditione ex solo θεοπνεύςῳ sacrarum literarum fonte. Quare voces עבורה & מלאכה מעשה sedulo excutiunt, hæ enim recte intellectæ omnem controversiæ ansam præscindere videntur. Quo frequentius autem usurpatæ occurrunt in institutione & Sabbati & aliorum festorum v. g. Exod. XX. 10. לא תעשה כל מלאכה אחת *Nullum opus tu facias*, Exod. XXXI. 14. XXXV. 2. Levit. XXIII. 3. 7. 8. 21. 25. Num. XXVIII. 18. 25. Exod. XXVI. 12. Ezech. XLVI. 1. &c. eo plus in explicandis his adhibent studii non sine dissensu & asseclarum & τῶν ἀντιπιπτόντων. Multus in his examinandis est MStus noster Codex R. Aharonis b. Eliahu Tract. II. qui est על ענין השבת *de rebus Sabbati* c. 1. statim & sqq. plura vero quum sint, quam ut ea nostra possit capere pagina, hinc paucissima saltem adferemus in medium. De voce מלאכה *R. Sahel* contendit, generaliori eam gaudere significatu, ac quicquid sub operum nomine venit, ambitu suo complecti, adductus *R. Aharoni b. Eliæ* est c. MSti loco his verbis: ואמנם בטעם מלת מלאכה אמר ר' סהל ז"ל שמלת מלאכה כוללת כל המעשים

Enimverò quantum ad sensum vocis מלאכה *R. Sahel ait p. m. quod hec vox comprehendat omnia opera.* Hoc dein per inductionem auctor probat e diversis S. Scripturæ libris sq.

מצאנוה נאמרת למיני אמניות כמו שנ׳ וירא משה את כל המלאכה והנה עשו אותה ונזכרת לענין תקון הספינות והליכתם כגון עושי מלאכה במים רבים ומשתמשת בהעתק הדברים ונשיאתם והנחתם כגון כל איש יבואו ויעש מלאכה הכן בחוץ מלאכתך ומשתתפת לעניין הדבור והמשפט כמו והמלאכה לאל יום אחד ולא לשנים ונדברת למראה עינים ורעיון הלב גם מתרפה במלאכתו וכו׳

i. e. Invenimus eam dictam de speciebus artificiorum, quemadmodum dicitur (Exod. XXXIX. 43.) *Et vidit Moses omne opus illud, & ecce fecerunt id* &c. *Memoratur quoque in sensu constructionis navium cursusque ipsarum v. g.* (Ps. CVII. 23.) *Operantes opus in aquis multis* (ἐργαζόμενοι τὴν θάλασσαν Apoc. XVIII. 17.) *Ejus usus quoque est in translatione earumque elevatione & collocatione, quemadmodum* (Hagg. I. 14.) *quisque veniat & faciat opus, dispone* (Prov. XXIV. 27.) *foris opus tuum. Communicatur quoque sensui sermonis & judicii, quemadmodum* (Esr. X. 13.) *Et opus hoc non diei unius est neque duorum. Dicitur quoque de visione oculorum & cogitatione cordis; Etiam* (Prov. XVIII. 9.) *remisse se gerens in opere suo* &c. Paucis interjectis pergit idem MSt. Cod. de eodem autore *R. Sahele* ואמר זה החכם כי במאמר כל מלאכה לא תעשו נכללו כלל המעשים ויצא מה שהוא חוב להעשות בשבת במילה והקרבן בראית וכן נמי יצא בראיה אשר הוא בהתר להעשות בשבת כמו הטלטול בעניין המאכל והמשתה אשר לא תעמוד הראית על חובתו אעל התרו נשאר

באסור מן מאמר כל מלאכה לא תעשה *Preterea dicit Sapiens hic, quod cum verbis his Nullum opus faciatis* (Levit. XXIII. 3.) *omnia opera comprehendantur; excipi tamen debet id, ad quod faciendum in Sabbatho officii ratio nos obligat circa circumcisionem ac Sacrificia per rationem evidentem. Atque ita etiam sub expressa mentione excipitur, tanquam licitum ut in Sabbatho fiat, v. g. transportatio in rebus esculentis & potulentis, de cujus vero vel debito vel permissione nulla evidens adest exceptio, interdictum manet ob verba Nullum opus faciatis.* Hæc vero *R. Sabelis* sententia generalitate sua minus se commendabat aliis ex eadem Karræorum gente, novus enim adest Karraita *R. Joseph*, qui restrictiorem vocis מלאכה adfert significatum verbis statim subsequentibus ejusdem MSti: ולדעת החכם רב רבי

יוסף מלאכה יורה על תקון וכל מעשה מתוקן יקרא בשם מלאכה ולקח ראיה בזה מהמשך לשון בני אדם האומרים מה מלאכת ויענה אורג תופר ונראה שנמשך בזה לפי דעת ב"ה אשר הם סמוכים לאנשי הלשון ואומרים ארבעה אבות מלאכות פחות אחת ואומרים העושה חצי מלאכה וכל העושה מעשה מתקן יקראוהו בשם עושה מלאכה והמקלקל אינו מחוייב משום עשה מלאכה אך המקלקל על מנת לתקן מחוייב משום עושה מלאכה כגון הקורע על מנת לתפור והנראה מדבריהם כי לא פטרו המקלקל מן העונש משום שאינו עשה מלאכה אבל משום שהוא עושה קלקלה אבל באמת הוא עושה מלאכה והחכם הנזכר בין שהוא מתקן בין שהוא מקלקל הביאם כאחד באסור ועל דרך רחוקה מביא הקלקלה תחת התקון כאמרו כי נתיצת הבית

הבית צריך התקון והנה לפי דעת זה החכם מעשה שיש לו תקון נקרא בשם מלאכה והנה עושה מלאכה צריך להיות יכול לחדש הפועל ווודע כדי לתקנו ואם כן כל מלאכה מעשה ולא כל מעשה מלאכה' *Sed juxta mentem ſapientis illius Doctoris Joſephi vox* מלאכה *præparationem infert & omne opus apte diſpoſitum hoc nomine vocatur. Probationem vero petit ex eo, quod uſus loquendi hominum ſit, quando dicunt: quodnam eſt opificium tuum? (Germani dicerent* was Handwercks?) *atque reſponderi ſoleat, Textor, Sartor &c. apparet vero quod pollicem premat in hoc placitis Traditionariorum, qui non multum recedunt ab iis, qui hoc loquendi genere utuntur, quum dicunt: qui dimidium operis facit, & omnis qui facit opus aptatum cenſetur Opus feciſſe. Qui vero deſtruit non contrahit reatum, quod fecerit aliquid, ſed qui ideo deſtruit, ut reficiat reus eſt, eo quod opus fecit v. g. qui ideo reſcindit ut reſarciat. Et ut apparet e verbis ipſorum, non liberum pronunciant eum a pœna qui deſtruit aliquid, propterea quod non fecerit opus, verum quod deſtructionem commiſerit; ſed certe hic aliquod opus facit. Cæterum doctor memoratus tam perficientem quam deſtruentem refert una inter prohibita. Remote autem contineri vult ſub conſtructione deſtructionem, quum dicit, deſtructionem domus reparationis habere neceſſe. Ecce itaque juxta mentem hujus ſapientis, Opus quod in conſtructione conſiſtit nomine* מלאכה *venit. Ecce enim qui* מלאכה *facit, neceſſe eſt iis ſit viribus ut innovare poſſit opus, ſciatque qua ratione reficiendum ſit denuo. Hac ergo ratione omnis* מלאכה *eſt* מעשה *ſed non viceverſa.* Hæc ſententia eſt *R. Joſephi* tam operoſe inculcata a R. Aharone b. Eliahu. Cæterum in verbis quæ e Rabbaniſtarum monumentis adduxit Autor ἁμάρτημα crediderim deliteſcere vel deſcriptoris vel μνημονικὸν Autoris, nec enim in Pandectis Thalmudicis

mudicis nec Epitomatore R. Mose b. Maimon. in יד חזקה quatuor solum memorantur אבות המלאכות *Opera Principalia* sed quadraginta uno minus seu triginta novem; Sic etenim tradunt in Cod. Talm. שבת c. VII. th. 2. f. 73. a. lin. 9. a fin. אבות מלאכות ארבעים חסר אחת/. *Principalia opera quadraginta sunt uno minus*, singulatim dein recensentur uti & in Summa Thalmudica R. Mosis b. Maimon cap. 7. & seqq. de Sabbato; ridicule etiam quis *ternarium* expressurus, in oratione non ligata diceret *quatuor* uno demto. Secus se res habet, ob *rotunditatem*, in numeris majoribus. Legendum itaque citra dubium pro ארבעה quatuor in Cod. MSto ארבעים quadraginta. Ne autem concludat quis inde, multa sic fore Sabbato licita, pergit idem Karræus: והמעשה הנקרם מן המלאכה יהיה אסור מעשה i.e. יען שמכוח אותו מעשה יבוא המלאכה/ *quod prius est quam* מלאכה *licet hoc nominis sustinere haud possit, interdictum tamen est, propterea quod e potentia* τῶ מעשה *prodit* מלאכה. Adeo autem rigidus est *R. Joseph* ut reatum contrahere decernat qui vel minimam operis fecerit partem, diversus hac in parte a Rabbanistarum constitutionibus: והעובר על חלק מחלקי אותה המלאכה יהיה מחוייב משום שעשה מלאכה לא כדעת ב"ה שאמרו שאם לא השלים המלאכה לא יהיה מחוייב/ *Et qui transgreditur ob certam aliquam partem operis hujus, contrahit reatum, propterea quia opus fecit, non juxta mentem Rabbanistarum, qui dicunt, nisi quis opus absolverit neutiquam reum fieri.* Dicto dein quod Traditionarii ex Levit. IV. 27. probationis loco adferunt, opponit ejusdem capitis v. 2. הכתוב אומר במקום אחר ואחר ו מהנה וורה על חלק/ *Scriptura alio loco* (Levit. IV. 2.) *dicit: & unum ex his &c. quo pars innuitur.* Quod de Rab-

Rabbaniſtarum ſententia profert inter alia ſuffulcitur quoque Gloſſa Cod. שבת f. 73. a lin. ultim. לא מחייב ליה אלא בגמר מלאכה *Non prouuntiant reum niſi ob perfectionem operis.* Verum atro calculo & hæc notata eſt ſententia *R. Joſephi*, multus enim eſt in ea refutanda R. Aharon b. Eliahu. cit. MSti loco e quo ſequentia transſcribo:

משום שהיא משתמשת לעניינים שאין בם תקון בין משמוש הלשון בין מדברי הראשונים משמוש הלשון כמו שאמר כל כלי אשר יעשה מלאכה בהם מדברי הראשונים שהכלילו בשם מלאכה דברים שאינם תקון כמו המבעיר והמכבה המוציא מרשות לרשות. *Propterea quod iis rebus inſervit, ubi nulla reparatio locum habet nec ex uſu linguæ, nec e verbis Majorum. Ex uſu linguæ, quemadmodum dicitur omnia inſtrumenta quibus opus aliquod perficitur. E verbis Majorum qui ſub nomine* מלאכה *comprehendunt res in quibus nulla reparatio adeſt, quemadmodum incendens, extinguens, de unius poteſtate rem traducens in poteſtatem alterius.* Has pluresque alias objectiones quum protuliſſet *R. Aharon b. Eliahu* concludit tandem ומכאן למדנו שמעשה ומלאכה אחת *Exinde ergo cognoſcimus quod unum ſint vox* מעשה & מלאכה

Quid de voce מלאכה ſtatuant Karræorum Doctores e MStis expoſitum hactenus; duobus nunc verbis ſaltem liceat exponere quâ ratione vocem עבודה intelligi velint, en ita ſcribentem Autorem eodem MSti loco: והנה נודע שטעם עבודה ומעשה אחד ויש לסייע בזה כאשר אמר במקום אחד ששת ימים תעבוד ואמר במקום אחר ששת ימים תעשה מעשיך והנה יוודע שטעם מעשה ועבודה אחד ויפול על המותחל ועל הנולד וכח *Et ecce notum eſt quod ſenſu vocum* עבודה & מעשה *idem*

fic

§ V.

Defunctus hoc labore, qui circa ὀνοματολογίαν suscipiendus erat, πραγματολογίας primordia capit *R. Aharon b. Eliahu* in ס' המצות varia sistens jura & consuetudines quibus inhærent Karræi dum Sabbatum celebrant, e quibus hæc notamus, quod Lapidationis reum pro-

---

sit. Adjumento quoque esse potest in hoc quando dicit (Scriptura) *alicubi* (Exod. XX. 9.) *sex diebus servias; in alio vero loco* (Exod. XXIII. 12.) *dicat: sex diebus facias opera tua. En notum hinc sit sensum vocis* עבודה & מעשה *unum esse & cadere tam in opera primitiva quam derivativa* &c. Juxta aliquos Karræorum ergo triga hæc vocum nil quicquam differre censetur, ab aliis vero aliquid inter ea constituitur discriminis, quorum fundamenta cap. subseq. pluribus expendi observo, omittenda autem ne solis λογομαχίαις eruditorum compleatur charta, quare compendio utens sequentibus velitationes has obsignare cogor: ונראה ממה שפירשנו שכל עבודה מלאכה ואין כל מלאכה עבודה וכל מלאכה מעשה ואין כל מעשה מלאכה: *Ex dictis comparet quod omnis* עבודה *sit* מעשה *sed non viceversa, & omnis* מלאכה *sit* מעשה *non vero reciproce.* Ex his dein nominibus eorumque proprio significatu dijudicant quæ circa opera in Sabbato vel licita vel interdicta in disceptationem veniunt prout quisque δυνάμει valet στοχαστικῇ, additur enim sub finem ואלו האופנים מהם קרובים ומהם רחוקים והמשכיל יבינם *Et modi hi sunt* (quibus voces hæ explanari assolent) *propinquiores alii, alii vero remotiores, & qui intellectu pollet assequetur eos.*

pronuncient, qui præsentibus testibus opus Sabbato fecerit, at qui clanculum commiserit hoc Excidii pœna eum maneat, si ex errore tale quid perpetraverit sacrificii pro peccato tenetur. (f)

P 2 §. IV. Pro-

(f) R. Aharon b. Eliahu in ס' המצות Tr. de *Sabb.* c. V. his contribulium edisserit placita והעושה מלאכה בשבת בעדים חייב סקילה העושה בסתר חייב כרת שנ׳ מחלליה מות יומת כי כל העושה בה מלאכה ונכרתה וגו׳ ואם בשגגה חייב חטאת ובע״ה לא הו כי אם בחלק וכו׳ *Et qui opus aliquod facit in Sabbato præsentibus testibus Lapidationis reus est, qui fecerit clanculum Excidii reus fit, quia dictum est:* (Exod. XXXI. 14.) *Profanans illud morte afficiatur, nam omnis, qui in eo opus aliquod fecerit anima exscindetur &c. Quod si ex errore commiserit sacrificii pro peccato tenetur, at Traditionarii non consentiunt nisi de parte &c.* Nec quicquam vero a regula hac excipiendum volunt eum, qui destruit aliquid, contraxisse reatum censetur quis, sive destruat sive reficiat, secus ac sentiunt Rabbanistæ; ita hæc effert R. Aharon b. Eliahu cit. MSti loco כל יוצא בזה המאמר אמרו כל העושה מלאכה והמלאכה ההיא קלקלה אינו חייב אלא אם עשאה על מנת לתקן וזה המאמר בטל שכל העושה מלאכה בין שהוא תקון בין שהוא קלקלה חייב וכו׳ *Simile est huic sententiæ cum dicunt* (Traditionarii) *nullus, qui opus aliquod fecerit, si opus illud destructio fuerit, reatum contrahit, nisi fecerit id reficiendi gratia. Sed hac sententia absurda est, quum omnis qui fecerit opus, sive sit constructio sive destructio reus fiat &c.* Pari

§. VI.

Profanati Sabbati dum alios incusant Rabbanistæ, ipsi culpa non vacant; In ipsos retorquenda hæc tela sunt. Ut enim alia oppido multa taceamus nunc, vel solæ deliciæ Sabbaticæ (a quibus licet nec primitiva Ecclesia abhorreret omnimodo, in hoc tamen differebat, quod omnem luxum Judaicum damnaret penitus (g))

Pari ratione rejiciunt aliam sententiam Traditionariorum, quâ liberum pronunciant eum, qui intenderit hoc opus facere & fecerit aliud diversæ speciei his verbis: מה שאמרו ב״ה
כי המתכוון לעשות המלאכה ועשה מלאכה אחרת
אם היתה ממין המלאכה שהיתה במחשבתו חייב
כגון שכוון להרג את זה והרג את זה חייב אבל
אם זרק אבן להרוג בהמה ועקר אילן פטור
ודעתינו שהוא חייב כיון שכוון לחלל שבת/
(Eodem pertinet) *Cum dicunt Traditionarii, quod qui intenderit facere opus hoc & fecerit opus aliud, si fuerit e specie istius operis, quod in intentione ipsius fuerat, reus censeatur. v. g. qui intendit occidere hunc & occidit alium reus est; sed si projecerit lapidem ad occidendam bestiam & evellat arborem liberum hunc esse volunt. Enim vero nostra sententia est, quod reatum contraxerit, quum intenderit profanare Sabbatum.* Plura hujus generis ll. cc. persequitur R. Aharon b. Elishu, quæ omnia huc transscribere instituti nostri non est. (g) Citra dubium e Judaismo hoc consuetudinis derivatum ad Christianos, quod die Dominico jejunare interdicerent. Ita enim Ep. ad Philipp. quæ Ignatio tribuitur ut plurimum: εἴ τις κυριακὴν ἢ σάββατον νηστεύει (πλὴν ἑνὸς τοῦ σαβ-

חענוגי השבת dictæ evincunt hoc luculenter. Tum enim se Sabbata colere credunt, si in deliciis observandis rigidiores fuerint, non gulæ parcunt hic, (h) &, quod

---

βάτου τοῦ πάσχα) οὗτος χριστοκτόνος ἐστι. *Quicunque die Dominica aut Sabbato jejunaverit (præter unum Sabbatum paschatis) ipse est Christi interfector.* Gemina habet Can. Apost. LXVI. εἴ τις κληρικὸς εὑρεθῇ τὴν κυριακὴν ἡμέραν νηστεύων ἢ τὸ σάββατον, πλὴν τοῦ ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω. *Si quis Clericus die Dominico vel Sabbato, uno solum excepto, jejunans inventus fuerit, deponitor.* Hæc autoritate sua confirmat Augustinus (in quem, judicio Erasm. Roter. Præf. ad ejus Oper. *Opulentus ille juxta ac benignus DEI Spiritus dotes suas omnes largius effudit, quam in ullum alium ex Antiquitate Doctorem*) Epist. LXXXVI. ad Casal. *Quis non Deum offendet, si velit cum scandalo totius, quæ ubique dilatata est Ecclesiæ die Dominico jejunare.* (h) Multorum loco sit nobis biga doctissimorum Rabbanistarum *R. D. Kimchi* sc. & *R. Mose b. Maimon*, e quibus alter eruditione sua Exegetica, alter vero Talmudica inter Christianos pariter ac Judæos clarus est. Ille in *Comment. ad Es. LVIII. 13. 14.* hæc habet: מצות עשה לענג הגוף ביום השבת במאכלים ערבים וטובים וכו׳ *Preceptum affirmativum est delicate nutrire corpus in die Sabbati cibis jucundis atque lautis &c.* Hic in יד חזקה de Sabbato per integrum cap. 30. in inculcando præcepto hoc desudat inter alia th. VII. ita scribens: איזהו ענג זה שאמרו חכמים שצריך תבשיל שמן ביותר ומשקה מבושם לשבת הכל לפי ממונו של אדם *Quanam sunt deliciæ? Hæ quum dicunt Sapientes necessarium esse preparare esculenta

quod turpe dictu, hoc die frena *ταῖς ἐρωτικαῖς ἐπιθυμίαις* omnino laxanda decernunt (i). Alia mens magisque casta Karræis est, ita hi feriantur ut omnem perversam ac

---

quam maxime opipara atque potulenta aromatibus condita propter Sabbatum, omne hoc pro cujusq; facultatibus. Pergit Id. l. c. וכל המרבה בהוצאת שבת ובתיקון מאכלים רבים וטובים הרי זה משובח׃ *Et omnis qui multus est in expensis Sabbaticis inque apparatu multorum atque lautorum ciborum, ecce hic laudandus est.* Tria hinc convivia per Sabbatum celebranda injungunt Magistri, quæ nec pauper subterfugere potest, tradente eodem Maimonide l. c. th. IX. חייב אדם לאכול שלוש סעודות בשבת אחת וכו׳ *Tenetur quilibet tria celebrare convivia in uno Sabbato.* Necessitatem inculcant seqq. majorem: וצריך להזהר בשלוש סעודות אלו שלא יפחות מהן כלל ואפילו עני המתפרנס מן הצדקה סועד ג׳ סעודות׃ *Necesse autem est caveat sibi in tribus conviviis his, ne detrahat quicquam de illis, quin etiam pauper qui eleemosyna nutritur tria agitare tenetur convivia.* Hæc asserto probando sufficient absque dubio, quare nil addimus, Judæorum feriandi ratio pellucet inde. (i) Hoc e Patrum monumentis suis inculcat R. Mose b. Maimon in יד חזקה Tr. de Sabbato c. 30. th. XIV. sqq. תשמיש המטה מעונג שבת הוא׃ *Concubitus pars est deliciarum Sabbaticarum*: Quin doctos quovis Sabbato concumbere vult his verbis: תלמידי חכמים הבריאים משמשין מלילי שבת ללילי שבת. *Eruditi sani εὔνοιαν γαμικὴν præstant à diebus Sabbati ad dies Sabbati.* Plura vid. l. c.

ac impuram colendi Sabbata rationem abesse velint quam longissime. (k)

§. VII.

Accuratum porro examen instituunt Karræi circa ea opora quæ initium quidem capiunt die sexto, sed terminantur die septimo vel Sabbato, cumque Rabbanistæ licita illa pronuncient, hi nituntur contra, eaque interdicunt omnia, summum rigorem circa observationem Legis hoc ipso ostentantes.(l)

§. VIII.

(k) Ita Rabbanistarum sententiam perstringit R. Aharon b. Eliahu in ס' המצוות c. VI. שכיבת האשה היא באסור בזה היום כך הודו כל חכמי הקראים אבל בעלי הקבלה התירוה משום עונג וזה נגע ולא עונג וחכמי הקראים הרבו ראיותיהם ומה שיש לנו לומר בדרך קרובה מה שמצאנו להיות האדם פרוש משכיבת האשה קראו הכתוב קדשה וקדשתם היום ומחר סתם ומשה באר היו נכונים לשלושת ימים אל תגשו אל האשה : *Concubitus cum uxore illicitus hoc die est ; hoc fatentur omnes Doctores Karraeorum , sed Traditionarii licitum eundem pronunciant ob voluptatem redundantem inde. Verum plaga hac est non voluptas. Doctores interim Karræorum multas adducunt probationes. Et quod nobis dicendum ad veritatem quam proxime accedens est, quod cum inveniamus, ut vir se a concubitu uxoris separet, vocet Scriptura Sanctificationem, quemadmodum dicitur: & sanctificetis vos hodie & cras, absolute, hoc Moses explicat : sitis parati in tres dies, ne ad uxorem accedas quisquam.*

§. VIII.

Quantum cultui Sabbatico invigilet hoc hominum genus, ex eo liquere quoque crediderim, quod illius rei, quâ profanatum est Sabbatum, usum hoc ipso die inter-

---

v. Exod. XIX. 10. 15. Respondet dein Autor cit. ad Rabbanistarum objectionem ex Es. LVIII. 13. ubi Sabbatum עונג vocatur, sic omnia fore licita, ex quibus voluptatem quis hauriat, ac aperiri hac ratione bipatentem portam omni nequitiæ והמביא מלשון עונג יתיר :כל מה שהוא עונג וזה אי אפשר : *Et qui e sensu vocis* עונג *Voluptatis deducit, permittat necesse est omne quod aliquam infert voluptatem, & hoc impossibile est.* Hæc Karræi & pie & caste. (l) R. Aharon b. Eliahu in ס' המצוות c. VII. hæc ita eloquitur: המתחיל מלאכה מיום ששי ונגמרת המלאכה בשבת ובעלי הקבלה התירו זה כגון לפתוח מים לגנה ולאסור הרחים לטחון ולהדליק האש להיות בשבת מדליקין את הנרות ואת המדורה מבערב והיא דולקת בשבת ומניחין קדרה על הגחלים או בשר על התנור ומתבשלין ואוכלין בשבת וחכמי הקראים אוסרים כל זה כי אלו קראום אותם מעשים נולדים ומעשה הנולד בכלל כל מלאכה לא תעשו : *Incipientem opus a die sexto, quod absolvitur demum Die Sabbati Traditionarii liberum pronunciant v. g. apertionem aquarum in hortum, ligationem item molarum ad molendum, accensionem ignis ad accendendas laternas Sabbaticas nec non rogum inde a vespera qui ardeat in Sabbato, atque collocant ollam super prunas aut carnem super furnum, quæ coquuntur*

interdictum velint penitus, quin nec sequenti locum habet, nisi peccatum fuerit ex ignorantia. (m)

§. IX.

Plura præcepta sacra pagina profert, quæ eundem & rigorem volunt & necessitatem eandem: Sabbatum est, quod absque ullis operibus servandum mandat Scriptura quam studiosissime; Circumcisio sacramentum initiationis cum sit, per quod abscondi se credit Judaica gens sub alis divinæ Majestatis quis in dubium vocet ejus necessitatem? At duo hæc uno si observanda die

ut edere possint in Sabbato. Sed Doctores Karræorum omnia hæc prohibent, nam isti vocant opera hæc derivativa, ut opus derivativum sub universalitate illa sit: Nullum opus faciatis, Lev. XXIII. 3.

(m) R. Aharon b. Eliahu in ס' המצות cap. XIIX. de Sabb. ita מי שעבר ועשה מלאכה בשבת אסור ליהנות מאותה מלאכה בשבת עצמו בלי ספק בין שהיה בשוגג בין שהיה במזיד; i.e. *Qui transgressus fuerit feceritque Opus in Sabbato illi quicquam utilitatis inde percipere vetitum est in Sabbato ipso citra dubium, sive ex cognorantia fecerit hoc, sive ex proposito.* Paucis interjectis pergit idem eodem MSti loco: אבל ישראל שעשה מלאכה בשבת בשוגג אסור ליהנות אבל אחר השבת מותר ליהנות אך אם עשהו במזיד אסור ליהנות באותה מלאכה אחר השבת: *Sed Israëlita, qui opus Sabbato fecit ex ignorantia, interdictum est quicquam utilitatis inde percipere, sed post Sabbatum usus licitus est. At si fecerit hoc ex proposito, exinde quicquam utilitatis haurire prohibitum quoque est post Sabbatum.*

concurrant, dubium merito enaſcitur, quodnam ex his pellat alterum? Non ſine animorum contentione diſceptatum hoc inter Karræos, adeo ut hodienum nihil certi catholicoque aſſenſu adprobati in monumentis ipſorum compareat. (n)

§. X.

Interdicta in uſum vertit neceſſitas; ita præcepta nonnulla (o) obſervanda, ut vitæ nihil ſuccreſcat damni.

(n) De Rabbaniſtis conſule quæ habet *R. Moſe b. Maimon in* יד חזקה *de Circumciſ.* cap. I. §. IX. f. 121. col. 2. Karræorum diſſenſum pandit nobis ſæpius citat. R. Aharon b. Eliahu in ס׳ המצוות MSto cap. XIIX. ריעות החכמים נחלקות מהם מתירים להעשות בשבת ומהם אוסרים וכו׳ *Sententiæ doctorum diſcrepantes ſunt, quidam eorum fieri permittunt in Sabbato, quidam vero illorum interdictum pronunciant. R. Joſeph & R. Anan* clariſſimi inter ſuos ita cauſam diſceptabant, ut alter pro affirmativa ſtaret, alter vero eligeret negativam, eodem R. Aharon b. Eliahu autore: ור׳ לוי אמר כי היה בזמנו חכם ולא ראה להמול בשבת וכן סדר ר׳ יוסף הקרקסאני ור׳ ענן אמר להמול סמוך למוצאי שבת כדי שתהיה הרפואה בחול *R. Levi dixit, ſuo tempore aliquem extitiſſe Doctorem, cui non viſum fuerat ut circumciderentur in Sabbato, hunc ordinem ſecutus quoque eſt R. Joſeph Karkaſnaus. R. Anan vero volebat circumcidi ſub finem Sabbati, ut Sanatio eſſet die profano.* Ex hiſce patet nil certi quodque conſenſu omnium firmatum ſit, e Karræis poſſe elici. (o) Tria ſunt ob quæ ſaniorum Judæorum judicio vel mortem ipſam ſubire oportet

quemque si observationem urgeant alii *Idololatria* sc. *Incestus* & *Homicidium*, en verba eorum e Cod. Joma f. 82. a. l. 25. אין לך דבר שעומד בפני פקוח נפש חוץ מעבודה זרה וגלוי עריות ושפיכות דמים/ *Nil omnino est, quod conservationi vitæ obsistat, nisi idololatria, incestus & homicidium.* Ad hæc quid noneant Karræi paucis accipe à R. Aharone b. Eliahu in המצוות ס׳ cap. XIX. ב״ה גמרו על ג׳ דברים יהרג ולא יעבר על עבודה זרה ועל גלוי עריות ועל שפיכות דמים וחמון החכמים אומרים כי בעבירת מצוה קלה צריך שיהרג ולא יעבר אין הדבר נראה אכן אם כוון בעברת המצוה הקלה מצד מכריח לצר עבודה זרת יהרג כל שכן בע״ז עצמה שהרי דניאל וחבריו מכרו נפשם למיתה שלא יעבדו ע״ז אבל מה שחברו ב״ה גלוי עריות שהרי מצאנו עניין נערה בתולה שנאנסה ולא דן הכתוב עליה שפיכות דמים אלא זכה אותה באומרו ולנערה לא תעשה דבר ומו׳ והנה על שפיכות דמים הכתו׳ אומר אם במחתרת ימצא הגנב והוכה ומת אין לו דמים ונראה שהכתו׳ התיר להרוג מי שכוון להרג אוהו וכו/ *Traditionarii docent ob tria mortem subeundam esse potius quam transgredi, ob Idololatriam, Incestum atque Homicidium. Quum plurimi vero doctorum dicant, quod ob transgressionem præcepti levioris mors eligenda sit potius quam ut transgrediaris, res minus videtur conveniens. Sane si intentio adfuerit in transgressione præcepti levioris ex parte cogentis ad idololatriam & occidendus est, quanto magis ob idololatriam ipsam, ecce enim Daniel & sodales sui se ipsos objecerunt morti, ut remoti essent a cultu idolorum. Sed quod associent Traditionarii Incestum* (minus conveniens est) *Ecce enim deprehendimus causam puellæ virginis cui vis illata fue-*

concurrant, dubium merito enascitur, quodnam ex his pellat alterum? Non sine animorum contentione disceptatum hocinter Karræos, adeo ut hodienum nihil certi catholicoque assensu adprobati in monumentis ipsorum compareat. (n)

§. X.

Interdicta in usum vertit necessitas; ita præcepta nonnulla (o) observanda, ut vitæ nihil succrescat damni.

(n) De Rabbanistis consule quæ habet *R. Mose b. Maimon in* יד חזקה *de Circumcis.* cap. I. §. IX. f. 121. col. 2. Karræorum dissensum pandit nobis sæpius citat. R. Aharon b. Eliahu in ס׳ המצוות MSto cap. XIIX. ריעות החכמים נחלקות מהם מתירים להעשות בשבת ומהם אוסרים וכו׳ *Sententiæ doctorum discrepantes sunt, quidam eorum fieri permittunt in Sabbato, quidam vero illorum interdictum pronunciant. R. Joseph & R. Anan* clarissimi inter suos ita causam disceptabant, ut alter pro affirmativa fieret, alter vero eligeret negativam, eodem R. Aharon b. Eliahu autore: ור׳ לוי אמר כי היה בזמנו חכם ולא ראה להמול בשבת וכן סדר ר׳ יוסף הקרקסאני ור׳ ענן אמר להמול סמוך למוצאי שבת כדי שתהיה הרפואה בחול *R. Levi dixit, suo tempore aliquem extitisse Doctorem, cui non visum fuerat ut circumciderentur in Sabbato, hunc ordinem secutus quoque est R. Joseph Karkasnaus. R. Anan vero volebat circumcidi sub finem Sabbati, ut Sanatio esset die profano.* Ex hisce patet nil certi quodque consensu omnium firmatum sit, e Karræis posse elici. (o) Tria sunt ob quæ saniorum Judæorum judicio vel mortem ipsam subire oportet

quemque si observationem urgeant alii *Idololatria* sc. *Incestus & Homicidium*, en verba eorum e Cod. Joma f. 82.a.l.25. אין לך דבר שעומד בפני פקוח נפש חוץ מעבודה זרה וגלוי עריות ושפיכות דמים/ *Nil omnino est, quod conservationi vitæ obsistat, nisi idololatria, incestus & homicidium.* Ad hæc quid noneant Karræi paucis accipe à R. Aharone b. Eliahu in ס׳ המצוות cap. XIX. ב״ה גמרו על ג׳ דברים יהרג ולא יעבר על עבודה זרה ועל גלוי עריות ועל שפיכות דמים וחמון החכמים אומרים כי בעבירת מצוה קלה צריך שיהרג ולא יעבר אין הדבר נראה אכן אם כוון בעברת המצוה הקלה מצד מכריח לצר עבודה זרה יהרג כל שכן בע״ז עצמה שהרי דניאל וחבריו מכרו נפשם למיתה שלא יעברו ע״ז אבל מה שחברו ב״ה גלוי עריות שהרי מצאנו עניין נערה בתולה שנאנסה ולא דן הכתוב עליה שפיכות דמים אלא זכה אותה באומרו ולנערה לא תעשה דבר וכו׳ והנה על שפיכות דמים הכתו׳ אומר אם במחתרת ימצא הגנב והוכה ומת אין לו דמים ונראה שהכתו׳ התיר להרוג מי שכוון להרג אותו וכו׳ *Traditionarii docent ob tria mortem subeundam esse potius quam transgredi, ob Idololatriam, Incestum atque Homicidium. Quum plurimi vero doctorum dicant, quod ob transgressionem præcepti levioris mors eligenda sit potius quam ut transgrediaris, res minus videtur conveniens. Sane si intentio adfuerit in transgressione præcepti levioris ex parte cogentis ad idololatriam & occidendus est, quanto magis ob idololatriam ipsam, ecce enim Daniel & sodales sui se ipsos objecerunt morti, ut remoti essent a cultu idolorum. Sed quod associent Traditionarii Incestum* (minus conveniens est) *Ecce enim deprehendimus causam puellæ virginis cui vis illata fuerat,*

mini. (p) Sabbati cultum cum urget facer codex non excludit neceffitatis opera. Quare in difcrimen quam primum venerit vita, pellitur Sabbatum Rabbaniftarum (q) judi-

rat, nam propter eam nullum pronunciavit homicidium Scriptura, fed abfolvit eam cum ait: puellulæ vero huic ne facito quicquam. En de Homicidio quoque Scriptura dicit (Exod. XXII. 2.) *fi in ipfa effofione deprehenfus fuerit fur, atque percuffus ut moriatur pro homicidio in altero hoc non reputatur. Unde apparet quod Scriptura permiferit interficere eum, qui hoc altero intenderit,* &c. Ex his diffenfus comparet Karræorum quem eo minus miramur, quo certius fcimus nec ipfos Rabbaniftas hic unum inflare cornu, fic enim in Abhod. Sar. f. 27. b. l. 24. מכיין שאם אומרים לו לאדם עבוד ע"ז ולא תהרג שיעבוד ואל יהרג ת"ל וחי בהם ולא שימות בהם *Unde conftat, quod fi cuipiam hominum dicant, cole deos alienos, & non occideris, licitum fit colere eosdem ne moriatur? quia dicit Scriptura, ut vivat per ea & non moriatur per illa.* (p) Rationem hujus traditam videmus in l. c. e Cod. עבודה זרה f. 27. b. l. 24. (q) Multus in hifce eft R. Mofe b. Maimon in opere infigni יד חזקה Hilc. Schab. c. II. §. 1. f. 132. b. דחויה היא שבת אצל סכנת נפשות כשאר כל המצוות לפיכך חולה שיש בו סכנה עושין לו כל צרכיו בשבת על פי רופא אומן של אותו מקום ספק שהוא צריך לחלל עליו את השבת ספק שאינו צריך וכן אם אמר רופא לחללו עליו את השבת ורופא אחד אומר אינו צריך מחללין עליו את השבת שספק נפשות דוחה את השבת: *Violandum eft Sabbatum in periculo vitæ, ficut præcepta reliqua omnia, propterea ægroto periculofe decumbenti omnia neceffa-*

judicio, Karræi rigidiores nonnisi ultimo necessitatis gradu admittere audent. (r)

---

ria præstant ad præscriptum medici practici istius loci in Sabbato, sive in ambiguo sit an necesse propter eum violare Sabbatum sive minus; Similiter quoque si unus medicorum propter eum violare vult Sabbatum, alter vero minus hoc esse necessarium pronunciat violant propter eum Sabbatum, quia dubium vitæ Sabbatum pellit. Plura proferre possemus ni res in aprico esset posita, accipe Canonem quem Idem l. c. th. 2. sistit: כללו של דבר שבת לגבי חולה שיש בו סכנה הרי הוא כחול לכל הדברים שהוא צריך להן *Regula in hac re generalis: Sabbatum respectu ægroti periculose decumbentis, est instar diei profesti quoad res omnes quibus ipse indiget.* (r) Karræi licet approbent tritum illud סכנת נפש דוחה את השבת *Periculum vitæ pellit Sabbatum*, rigidius tamen nonnihil volunt intellectum, quam a Doctoribus intelligitur Rabbanistarum, nonnisi ultimo necessitatis gradu permittunt violationem Sabbati, castigati ea propter Traditionarii a R. Aharone b. Eliahu in ס' המצוות cap. XIX. sqq. ועלכן ענייני הרפואות לחלה מאשר הוא כספק נפשות אינו דוחה את השבת ואין ראוי לשמוע לדברי בעלי הקבלה שאמרו לגבי חולה שיש בו סכנה הרי הוא כחול לכל הדברים שהוא צריך להם מפני שזה הדבר מספק אינו ידוע בבירור וכו' *Et propter hoc nulla rerum medicarum ægroti, quando vitæ periculum est pellit Sabbatum, neque audienda hic sunt verba Traditionariorum qui dicunt: respectu ægroti periculose decumbentis ecce est Sabbatum instar diei profesti quoad res omnes quibus ipse indiget, propterea quia res hæc in dubio est nec*

nota evidenter. Ex verbis patet refutatum fuisse Maimonidem præcise licet is nominatus haud fuerit. Quam vero necessitatem intellectam velint Karræi exempla declarant sat abunde l. c. enim *R. Aharon ben Eliahu* id periculum dicit, quum undis quis immersus cum morte luctatur: סכנה מי שיפול בים *Periculum est, si quis in mare inciderit*. Clarius hoc asseritur sqq. ejusdem MSti loci:
סכנת נפש דוחה את השבת והוא כמי שטבע בים
והדבר ידוע שאם לא יתפשנו אדם להעלותו ויחנק
וימות וצריך לחלל עליו יום השבת כדי להציל את
הנפש *Periculum vitæ pellit Sabbatum: & hoc est cum quis undis immersus est conclamatumque jam, quod, nisi quis prehenderit eum extracturus illum, suffocatus pereat, tum necesse est propter eum Sabbatum violare, propterea ut eripiant vitam*. Non vero de undis tantum loquuntur sed quovis alio periculo simili huic ac ineluctabili: וכן כל היוצא
בזה שהדבר ידוע כי על כל פנים יסתכן מחללין
עליו את השבת שהעלת נפש מצות התורה היא
Et ita omne huic simile quum res manifesta est, quod omnibus modis versetur in periculo violant propter eum Sabbatum, nam ereptio vitæ præceptum legis est. Hæc Karræi de periculo vitæ pellente Sabbatum. Ut vero sunt Judæi in fingendis casibus conscientiæ non adeo parci, ita haud immerito quærunt Karræi, an vim a latronibus vel grassantibus militibus imminentem liceat repellere Sabbato? Ex dictis facili negotio solvi poterit hic nodus, quamdiu vel rima elabendi adparet omnibus modis violatio interdicta, sed si præclusa ea sit impune violatur: ומלחמה בשבת היא מותרת
בעת שיבאו עליהם לסטין ואי אפשר להנצל מהם
וכח *Caterum bellum Sabbato licitum est eo tempore cum supervenient eos latrones, nec possibile est effugere eos*. Addita sequens

§. XI.

Quod quocunque modo Sabbati honorem minuit, ſevere ſuis interdicunt Karræi, non hic ſtudium in libris Medicis (s) non luctus (t) locum invenit. Cibum, potum, (u) veſtitumque ſplendidum licitum pronunciant, excluſa tamen omni levitate. (x) Eum vero qui Præceptum

---

ſequens cautela ſerio attendenda ſemper: עם כל זרה באיזה צר שיוכלו להשמר מלחלל להשתדל אכן אם לא יוכלו להנצל ממלחמה יש רשות להלחם בשבת/ *Licet hac ita ſe habeant, quacunque ratione poterint cavere annitendum eſt, quo minus violent Sabbatum. Sed ſi non ſubterfugere poterint bellum, licitum eſt illud in Sabbato.* Hoc vero ſolius vitæ conſervandæ ergo non ut eo faculates maneant ſalvæ prout id tradit, R. Aharon b. Eliahu in ס׳ המצוות C.XIX. ומחללין את השבת מפני סכנת נפש ולא מפני הפסד ממון *Violant vero Sabbatum ob vitæ periculum & non ob damnum facultatum.* Scilicet bona hæcce temporaria non ejus ſunt dignitatis, ut cedere eis divina habeant neceſſe. (s) R. Aharon b. Eliahu in ס׳ המצוות C.XIX. ואסור לקרא בספרי רפואות בשבת/ *Interdictum quoque eſt legere in libris medicis die Sabbati.* (t) R. Aharon b. Eliahu eodem MSti loco, האבל אסור בשבת/ *Luctus in Sabbato illicitus eſt.* (u) Id. l. c. דברים מותרים בשבת כגון הטלטול והאכילה והשתייה ולצאת ברשות הרבים במלבושה/ *Res licita in Sabbato v.g. deportatio, cibus & potus atque egreſſus in publicum cum veſtitu ſuo.* (x) Tradit hoc ſæpius cit. R. R. Aharon b. Eliahu l. c. ואסור לאדם ללבוש כלי זיין בשבת כגון שריון וכובע אלא מה שהוא מתוקן

מלבושו וצריך להיות לובש בשבת מלבוש צנוע ולא מלבוש המלאכות שזה חלול היום והאשה לובשת בגדים ועדיים שבמנהגה להתנאות בהם כגון עגילים וחלאים וטבעות ושהרונים ואסור לכחול ולראות במראת בשבת: *Interdictum quoque est alicui induere Sabbato instrumenta militaria v. g. Loricam, galeam, sed id quod consuetus ipsius est vestitus. Necesse autem est ut induat Sabbato vestitum honestum nec cum quo opera peragit, hoc enim profanatio diei est. Mulier vero induit vestimenta & ornamenta quibus consuevit se decoram reddere v. g. inaures, monilia & annulos lunulasque. Interdictum vero est fucare se Sabbato vel inspicere specula.* Differunt hic nonnihil Karræi a Rabbanistis, quæ enim de instrumentis militaribus interdictis proferunt ad ea solum restricta volunt, quæ vestimentorum sortem excedunt, si quæ vero vestium naturam sequuntur licita pronunciant. Ita enim R. Mose b. Maimon in יד חזקה Hilc. שבת cap. XIX. th. 1. fol. 169. a. כל כלי המלחמה אין יוצאין בהן בשבת ואם יצא אם היו כלים שהם דרך מלבוש כגון שריין וכובע ומגפיים שעל הרגלים הרי זה פטור וכו׳ *Cum nullis instrumentis militaribus egrediantur in Sabbato; quod si egrediatur? Si fuerint instrumenta quæ se habent per modum vestimentorum v. g. lorica galea, tibialia ferrea quæ superinduuntur pedibus ecce hic liber est.* Patet denuo ex his verba superius e *R. Aharone b. Eliahu* producta e diametro opposita esse *Mosi Ægyptio.* Cum annulis quando egredi permittitur mulieribus, an eodem modo intellectum velint ut Rabbanistæ non adeo liquet, generaliora sunt verba quam ut ex iis certi quid exsculpi queat. Traditionarii enim solenni distinctione utuntur inter annulum *cum sigillo* & inter annulum *sine sigillo*, hic inter mulieris ille, inter viri ornamenta

ceptum de Sabbati cultu negare præsumit, Atheorum catervæ adjungere nil dubitant. (x)

R §.XII.

---

menta referendus; *R. Mose b. Maimon* testis est, qui in יד חזקה Hilc. Schabb. cap. XIX. th. 3. f. 169. a. hæc habet: טבעת שיש עליה חותם מתכשיטי האיש הוא ואינה מתכשיטי האשה ושאין עליה חותם מתכשיטי אשה ואינה מתכשיטי האיש *Annulus cum sigillo pars est ornamentorum viri non fœminæ, sed si sine sigillo fuerit, pars ornatus muliebris non virorum est.* Quotiescunque ergo egrediuntur ad formam annuli cuique debitam minus attendentes toties reatum contrahunt tradente eodem l. c. th. 3. לפיכך אשה שיוצאת בטבעת שיש עליה חותם ואיש שיוצא בטבעת שאין עליה חותם חייבין וכו׳ *Propterea mulier quæ cum annulo egreditur, in quo sigillum est, & vir qui egreditur cum annulo cui deficit sigillum, reatum contrahunt.* Cæterum de ornamentis in Sabbato vel licitis vel interdictis ex Traditionariorum mente omnino conferri meretur *R. Mose b. Maimon* l. c. per integrum Cap. XIX.

(x) *R. Aharon b. Eliahu* in כ׳ המצוות MSto cap. XIX. כל המכחש בשבת מכחש במעשה בראשית וכל מכחש בחדוש העולם מכחש במציאות השם מפני שמציאות השם נקנית מידיעת חדוש העולם *Quicunque negat Sabbatum, negat opus creationis, & quicunque creationem mundi negat, negat existentiam Dei, quoniam existentia Dei comparatur e cognitione creationis hujus universi.* Adeo extollunt Sabbatum, ut præceptum ejus æquale faciant omnibus reliquis præceptis totius Legis Mosaicæ: Id. l. c. מצות שבת שקולה כנגד כל המצוות *Præceptum de Sabbato æquale est omnibus reliquis præceptis.* Sed sufficiant hæc de modo

§. XII.

Tractatum de *Sabbato* varietate casuum oppido difficilem alius excipit, priori nec difficultate multum nec magnitudine cedens (a) de *Paschatis Festo* ritibusque observandis in eo totus agit ille, atque ita universa festi ratio exposita inibi est à *R. Abarone b. Eliahu*, ut vicem multorum sustinere queat. Nos pro instituti ratione aliqua saltem damus nunc.

§. XIII.

Nominis פסח explicandi negotium sumunt sibi Rabbanistæ pariter atque Karræi, in etymologia ejus eruenda occupati hinc inde. Quumque ea demum veræ derivationis nomen vendicet sibi, convenientiam, quæ habet & formationis & significationis cum sua origine (b) utramque hi sectantur studiose; Et quæ formationem spectant præcipue attendendam, conspirant amice, in significatione vero diversam à Rabbanistarum plerisque eligunt viam Karræi *condonandi* dum volunt militare significatum non *transeundi*. (c)

§. XIV.

feriandi Karræis recepto, ad alia nunc pergimus, breviores ducturi lineas. (a) Ordine IV. est Tract. in sæpius cit. ס' המצוות *R. Abaronis b. Eliahu* in IX. distributus capita & prolixa satis & varia eruditione referta. vid. supr. cap. III. §. 3. p. 10. (b) Vid. Venerandus Præceptor noster, DANZIUS *in Literat.* §. *29. obs. p. 280.* (c) Utrinque constituunt radicem פָּסַח ad formam usitatissimam in sacris מֶלֶךְ vid. *Literat. cit.* §. *29.* XVIII. *p. 263. coll.* §. *26.* IX. *p. 234.* In significatione vero assignanda differunt nonnihil Rabba-

mistarum doctissimi significatum applicant transeundi quasi *transitionem* dicas, quod angelus devastator transierit domos Israelitarum eas relinquens intactas. Ita rem declarat *R. Salomo Isaacides* in Comment. ad Exod. XII. 11. f. 70. הקרבן הוא קרוי פסח על שם הדלוג שהק״בה מדלג בתי ישראל מבין בתי מצרים וקופץ ממצרי למצרי וישראל אמצעי נמלט׃ *Sacrificium hoc pascha vocatur propter saltum, nam transib. e Sanctus benedictus ille domos Israeliticas ob interjectas domos Ægyptiorum, atque saliebat ab Ægyptio ad Ægyptium, Israelita vero constitutus in medio evasit.* Clarius mentem suam de vero radicis פסח significatu promit in verbis sequentibus ad vers. 13. cap. cit. ואני אומר כל פסיחה לשון דלוג וקפיצה׃ *Ego vero dico verbum* פסח *semper & ubique saliendi habere significatum.* Paucis interjectis pergit idem: מדלג היה מבתי ישראל לבתי מצרים שהיו שרויים זה בתוך זה׃ *Saltum committebat a domibus Israelitarum ad domus Ægyptiorum, invicem enim mixti habitabant.* Idem compilator Kimchianus vult *R. Sal. b. Melech.* in מכלל יופי f. 18. col. 2. b. verbum enim פסחתי explicaturus ita [illegible]: ואדלג עליכם בראותי הדם ולפיכך נקרא הזבח ההוא פסח׃ *Ut transiliam vos quum videro sanguinem, propterea etiam sacrificium hoc vocatur Pesach.* Horum autoritates sequuntur, alii e gente & Judæorum & Christianorum. Karræi vero *transiliendi* significatum hunc transilire nec quicquam dubitant, suorum enim placita edisserit nobis *R. Aharon b. Eliahu in* ס׳ מצוות MSto Tr. *de Paschate* sequentibus: ויש אומרים מלשון פסח מפני שהיו בתי המצריים בינות בתי ישראל מעורבים והוה מדלג המשחית מבתי ישראל לבתי המצריים וזה אי אפשר שזה הענין יקרא דלוג והדלוג לא

§. XIV.

Quæ obſervanda voluerit ſupremum Numen in feſto hoc, explicata ſatis ſunt in codice ſacro; Karræi ut ſunt legum contentarum inibi rigidi obſervatores, ita nec hac in re remiſſiores juſto videri volunt, literæ inhærent hic ſtricte, quæque inculcantur opere ipſo exprime-

---

יקרא מלשון פסוח אך הטעם לשון חמלה ורחמים מלשון פסוח והמליט עלשם שחמל לבכורי ישראל בראית הדם על המשקוף ועל שתי המזוזות ולא נתן המשחית לבוא אל בתיהם לנגוף/ *Sunt qui dicant de ſignificatione* ת״ו פסח *eam ob cauſam, quod fuerint Ægyptiorum domus Iſraelitarum ædificiis permixtæ ſaltum feciſſe devaſtatorem a Domibus Iſraelitarum ad domus Ægyptiorum. Verum hoc minus probabile eſt, quod res hæc vocetur ſaltus, ſaltus enim non cadit in vocem* פסח, *ſed ſignificatum habet condonandi atque miſerendi, eundem quem* (Eſ. XXXI. 5.) *condonando atque eripiendo; quia condonavit primogenitis Iſraelitarum conſpectoſanguine ſuper ſuperliminare & ſuper duos poſtes neque permiſit ingredi devaſtatorem in domos ipſorum ut percuteret.* Hæc de ſignificatione vocis פסח ex mente Karræorum, quam eo minus ſuperciliose rejiciendam credimus, quod nec Rabbaniſtarum aſſenſu deſtituatur penitus, ita enim *R. Abendana in Supplem. Comment. R. Sal. b. Mel.* ad Exod. c. XII. f. 18. col. 2. 6. וי״מ אותו מענין חמלה כטעם פסוח והמליט/ *Sunt qui interpretentur hoc ex ſignificatu condonandi juxta ſenſum illius* (Eſ. XXXI. 5.) *condonando & liberando.* Idem ſua firmat autoritate *R. Abarbenel* locum enim cit. Eſaiæ ita explanat: שירחם עליהם וימלטו/ *Miſericordia ſua atque auxilio adarit illis.*

primere satagunt. De ritibus ergo paschalibus usitatis genti huic reddimur certi ex scriptura, nec est ut multis ex ipsorum eos adstruamus monumentis. Tempus mactationis obscurius perscriptum videtur quibusdam, in diversa hinc abeunt autores, quæ vero in varietate hac opinionum Scripturarios nacta sit adprobatores nil attinet dicere, aliis exposita hæc sunt satis superque. (d)

§. XV.

Id tamen monuisse juvabit, fallere *R. Aben-Esram* fallique, dum in genere Karræos (quos nomine hæreticorum traducit) erroris insimulat, quod tres agnoscant vesperas loco *1. Sam. XX. 5.* inducti. Privata hæc fuit opinio hominis cujusdam Karræi vel quorundam, non universæ imputanda sectæ. (e)

R 3 §. XVI

(d) Voces בין הערבים Exod. XII. 6. *inter duas vesperas*, quodnam præcise designent tempus anxie perquirunt interpretes, Karræorum placita ex אדרת אליהו cap. 3. *de Pasch. R. Aharonis* sistit *Joh. Meyer de orig. & causis Fest. cap. VII. p. 221. sq.* Nihil ergo addimus ob limites nobis præscriptos, quam plurima licet superaddi mereantur, docte enim materiam hanc pertractat noster *R. Aharon b. Eliahu* in ס' מצוות *de Paschate*, suorumque sententiam de tempore mactationis ab exceptionibus Traditionariorum vindicat ex instituto. (e) In *Comment. ad Exod.* XII. 6. f. 70. a. ita scribit: אמרו המינים כי שלושה ערבים דם וראייתם בעבור שמצאו עד הערב השלישית והם לא הכירו האמת ולא הבינו *Dicunt Secta-*

§. XVI.

Afflatum volebat Deus ut comederent agnum Iſraëlitæ, quem vero ſibi depopoſcerit locum hic actus non adeo conveniunt utrinque. Rabbaniſtæ diverſorium, quod quisque *συνάξει* elegerat ſuæ, huic deſtinatum olim contendunt, diverſi à Karræis qui loca ſacramento huic ſacra majores (præeunte Scriptura, ut volunt, at male cum ſcripta Novi Teſtamenti doceant veritatem aſſerti Rabbaniſtarum.) tribuiſſe aſſerunt, conclavia ſcil. quibus ſanctuarium abundabat utrumque. (f)

§. XVII.

---

rii, quod tres ſint veſpera, probatio ipſorum eſt quod invenerint (1. Sam. XX. 5.) *usque ad veſperam tertiam, at vero ignorant illi veritatem nec intelligunt.* Sed privatam hanc eſſe opinionem, cui plerique reclament Karræorum *R. Moſe* diſerte affirmat apud *R. Abaronem b. Eliahu* in ס' מצוות Tract. de *Paſchate* hiſce: החכם ר' משה חותני אומר שהטעה אבן עזרא לחכמי הקראים שאומרים שלושה ערבים ומשיב לו שרוב חכמינו לא הודו בזה ואבן עזרא תלה המאמר לכל החכמים׃ *Sapiens ille R. Moſes ſocer meus affirmat, erroris arguiſſe Aben Eſram doctores Karræorum, quod tres veſperas credant, cui reſpondetur, quod maxima pars doctorum noſtrorum neget hoc, licet Aben Eſra ſententiam hanc tribuat omnibus doctoribus.* Parum hinc liquet, Traditionario huic perſpecta fuiſſe Scripturariorum placita, quæ uni enim vel alteri probatur ſententia, non toti citra imprudentiæ notam adjudicatur genti. (f) Sparſo ſanguine ad altaris ima, excoria-

§. XVII.

Secundum paſcha a Deo inſtitutum novimus in gratiam eorum qui aut tempore primi impuritatis quid contraxerant aut remotiores eſſent a templo, cui alli-

gata

---

to agno, ventre exſecto, adipe extracto inque ignem altaris conjecto, ferebatur ad hoſpitium ubi cœnabant teſte *Maimonide* qui nobis hic loco multorum eſt, in יד חזקה Part. 3. Hilc. קרבן פסח cap. 1. th. VI. f. 237. b. דם הפסח טעון שפיכה כנגד היסוד ואחרכך ששופכין דמו מפשיטין אותו וקורעין את בטנו ומוציאין את אמוריו ומקטירין אותן חלבין כל זבח וזבח לבדו ובעל הזבח נוטל פסחו עם העור שלו ומביא לביתו לירושלים וצולהו ואוכלו לערבו *Sanguis agni Paſchalis effundi debet verſus ima (altaris) & poſteaquam effuſus eſt ſanguis, excoriare eum ſolent atque ventrem ejus diſſecare & extrahere adipem, tum adolere adipem illum, unumquodque ſacrificium ſeorſim; tandem offerens agnum ſuum paſchalem cum ejus pelle ſumit, perducitque domum ſuam Hieroſolymam ſcilicet, ubi aſſat eum atque veſpera comedit.* Negant ultima hæc Karræi dum comedendum aſſerunt in templo; fundamenti loco huic aſſerto ſubſternunt Deut. XVI. 7. ובשלת ואכלת במקום אשר יבחר יהוה אלהיך בו ופנית בבקר והלכת לאהליך וגו׳ *Et coquas comedasque eo in loco quem Dominus Deus tuus electurus eſt, mane vero vertas te & repetas tentoria tua.* Sed juvat ipſum audire Codicem MStum noſtrum *R. Aharonis b. Eliahu*, qui hiſce ſuorum placita ediſſerit: והקרבתו במקום המבחר שנ׳ לא תוכל וגו׳ שחיטתו בעזרה

gata erant soli hæc sacra. (g) Suis δευτερώσεσι pro more latius diducunt Rabbanistæ quæ Moses ex Dei ore consignavit literis, justam eæ concernunt distantiam ab urbe

---

ושפיכות המו על יסוד המזבח והקטרת אמוריו במזבח והיו לשכות סביב בית המקדש לשם היו צולין את הבשר. ואוכלים אותו והנותר היו שורפים ובבקר השכם היו הולכים לאהליהם שישראל הבאים לחוג היותוקעים אהליהם סביבות ירושלים עלכן אומר הכתוב ובשלת ואכלת במקום אשר יבחר יי׳ ופנית בבקר והלכת לאהליך וכו׳ *Oblatio ejus fiebat in loco electo, quia dictum est* (Deut. XVI. 5.) *non poteris &c. mactatio ejus fiebat in atrio, effusio sanguinis ejus super fundamentum altaris, thymiama vero adipis in altari. Fuerunt etiam conclavia circum circa sanctuarium, in iis assabant carnem atque comedebant, residuum vero combusserunt. Postmodum summo mane repetebant tentoria sua; Israelita enim ad celebrandum festum advenientes figere soliti sunt tentoria circum Hierosolymam, propterea dicit Scriptura,* (Deut. XVI. 7.) *Coquas comedasque eo in loco, quem Dominus Deus tuus electurus est, mane vero vertas te atque repetas tentoria tua.* Paucis interjectis pergit idem noster: לא כרעת בעלי הקבלה שהיה לוקח פסחו והולך לביתו וצלהו ואוכלו׳ *Non juxta Traditionariorum placita, quod* (offerens) *acceperit agnum suum paschalem, domum suam repetierit, assatumque ibi comederit.* Petitum hoc telo Karraitico Maimonidem præcipue e verborum liquet structura, hunc enim Talmudis epitomatorem adversarium inprimis sibi elegisse noster videtur. (g) Num. IX. 1. 2. 3. sqq.

be Hierosolyma (h) impuritatumque gradus, (i) in quibus ut multa desiderant Karræi, ita hoc præprimis vellicant, quod impune secundo interesse velint, qui voluntarie & absque prægnanti causa neglexit primum. (k)

S §.XIIX

(h) Via longinqua Hierosolymis qui distant, paschati secundo intersunt. Indefinite quæ dixit Moses, definire audent *οἱ ἐπὶ Μωσέως καθέδρας*, *quindecim* sc. *milliaribus* circumscribitur via longinqua tradente è majorum placitis *Maimonide* in יד חזקה Hilc. קרבן פסח cap. 5. th. 8. f. 280. b. ואיזו היא דרך רחוקה חמשה עשר מיל חוץ לחומת ירושלים / *Quanam vero est via longinqua? quindecim milliaribus distans ab exteriori parte mœnium Hierosolymitanorum*, conf. plura c. l. (i) Vid. prolixe hæc talia exponentem *Maimonid.* in יד חזקה Hil. קרבן פסח cap. 5. 6. 7. sqq. (k) Impuros abesse volunt a sacris his præeunte scriptura, Karræi uti & Rabbanistæ, ita enim *R. Aharon b. Eliahu* in ס׳ מצוות Hilc. פסח scribit: הפסח אינו נאכל אלא לטהורים לכן מי שהוא טמא לא יאכל את הפסח מפני שהפסח נתחייב במקום מובחר שנ׳ לא תוכל לזבוח את הפסח וגו׳ וטמא אינו נכנס למקדש וכו׳ *Pascha non comeditur nisi a puris, propterea qui impuritatem contraxit, non comedere licet illi pascha hoc, ideo quod hoc ipsum alligatum est loco selecto, dicitur enim* (Deut. XVI. 5.) *non poteris sacrificare pascha hoc* &c. *impuro vero nequaquam permissum est ut ingrediatur Sanctuarium.* Interim quæ de variis impuritatum gradibus decernunt *οἱ ἐξ ἐναντίας*, non adprobant omnino, haud vacat adferre ea. Id solum monemus hac vice, perperam liberum facere eos interesse vel primo vel secundo ex Karræorum mente, accipe Ca-

gata erant soli hæc sacra. (g) Suis διωϛερώσεσι pro more latius diducunt Rabbanistæ quæ Moses ex Dei ore consignavit literis, justam eæ concernunt distantiam ab urbe

ושפיכות המו על יסוד המזבח והקטרת אמוריו במזבח והיו לשכות סביב בית המקדש לשם היו צולין את הבשר ואוכלים אותו והנותר היו שורפים ובבקר השכם היו הולכים לאהליהם שישראל הבאים לחוג היותוקעים אהליהם סביבות ירושלים עלכן אומר הכתוב ובשלת ואכלת במקום אשר יבחר יי׳ ופנית בבקר והלכת לאהליך וכו׳ *Oblatio ejus fiebat in loco electo, quia dictum est* (Deut. XVI. 5.) *non poteris &c. mactatio ejus fiebat in atrio, effusio sanguinis ejus super fundamentum altaris, thymiama vero adipis in altari. Fuerunt etiam conclavia circum circa sanctuarium, in iis assabant carnem atque comedebant, residuum vero combusserunt. Postmodum summo mane repetebant tentoria sua; Israelitæ enim ad celebrandum festum advenientes figere soliti sunt tentoria circum Hierosolymam, propterea dicit Scriptura,* (Deut. XVI. 7.) *Coquas comedasque eo in loco, quem Dominus Deus tuus electurus est, mane vero vertas te atque repetas tentoria tua.* Paucis interjectis pergit idem noster: לא כרעת בעלי הקבלה שהיה לוקח פסחו והולך לביתו וצלהו ואוכלו׳ *Non juxta Traditionariorum placita, quod* (offerens) *acceperit agnum suum paschalem, domum suam repetierit, assatumque ibi comederit.* Petitum hoc telo Karraitico Maimonidem præcipue e verborum liquet structura, hunc enim Talmudis epitomatorem adversarium inprimis sibi elegisse noster videtur. (g) Num. IX. 1. 2. 3. sqq.

be Hierosolyma (h) impuritatumque gradus, (i) in quibus ut multa desiderant Karræi, ita hoc præprimis vellicant, quod impune secundo interesse velint, qui voluntarie & absque prægnanti causa neglexit primum. (k)

S §.XIIX

(h) Via longinqua Hierosolymis qui distant, paschati secundo intersunt. Indefinite quæ dixit Moses, definire audent *οἱ ἐπὶ Μωσέως καθέδρας*, *quindecim* sc. *milliaribus* circumscribitur via longinqua tradente è majorum placitis *Maimonide* in יד חזקה Hilc. קרבן פסח cap. 5. th. 8. f. 280. b. ואיזו היא דרך רחוקה חמשה עשר מיל חוץ לחומות ירושלים/ *Quanam vero est via longinqua? quindecim milliaribus distans ab exteriori parte mœnium Hierosolymitanorum.* conf. plura c. l. (i) Vid. prolixe hæc talia exponentem *Maimonid.* in יד חזקה Hil. קרבן פסח cap. 5.6.7.sqq. (k) Impuros abesse volunt a sacris his præeunte scriptura, Karræi uti & Rabbanistæ, ita enim *R. Aharon b. Eliahu* in ס׳ מצוות Hilc. פסח scribit: הפסח אינו נאכל אלא לטהורים לכן מי שהוא טמא לא יאכל את הפסח מפני שהפסח נתחייב במקום מובחר שנ׳ לא תוכל לזבוח את הפסח וגו׳ וטמא אינו נכנס למקדש וכו׳/ *Pascha non comeditur nisi a puris, propterea qui impuritatem contraxit, non comedere licet illi pascha hoc, ideo quod hoc ipsum alligatum est loco selecto, dicitur enim* (Deut. XVI. 5.) *non poteris sacrificare pascha hoc* &c. *impuro vero nequaquam permissum est ut ingrediatur Sanctuarium.* Interim quæ de variis impuritatum gradibus decernunt *οἱ ἐξ ἐναντίας*, non adprobant omnino, haud vacat adferre ea. Id solum monemus hac vice, perperam liberum facere eos interesse vel primo vel secundo ex Karræorum mente, accipe Ca-

§. XIIX.

An pascha pellat sabbatum quæstio est nodosa satis, nec χθὲς demum ἢ πρώχθες enata, sed antiquissimis olim

---

nonem ex ore *Maimonidis* in יד חזקה Hilc. קרבן פסח cap. V. th. 2. f. 280. a. הזיד ולא הקריב בראשון הרי זה מקריב בשני *Studio qui non obtulit in primo, ecce huic licet offerre in secundo.* Si vero nec in secundo obtulerit, quamvis non studio, excidii tamen pœnæ subjacet, audi sequentia ejusd. doctoris: ואם לא הקריב בשני אף על פי ששגג הרי זה חייב כרת *Quod si nec in secundo obtulerit, quamvis id non studio sit factum, ecce is reatum excidii contraxit.* Sed audiamus ipsum redarguentem hæc *R. Aharonem b. Eliahu* in ס' מצוות MSto *de Paschate*: והנה בעלי הקבלה דעת מי שהזיד ולא הקריב הפסח בראשון אף על פי שהיה טהור ובדרך לא היה או שהיה באחד מאלה ורשל ולא הגיע לעשות הפסח אומרים שנרחה לפסח שני ואם לא עשה בשני יתחייב בכרת וחכמי הקראים אומרים שאם היה טהור והזיד ולא עשה פסח בראשון יתחייב בכרת ולא ידחה לשני אבל אם היה טמא בראשון או בדרך רחוקה אע"פ שיכול להגיע לעשות הפסח והוא לא כוון לעשות נרחה לפסח שני אם לא עשה בשני בין בשוגג בין במזיד יתחייב בכרת *Ecce Traditionariorum sententia est: Qui studio non obtulerit pascha in primo, licet purus fuerit nec ingressus iter, aut qui unum ex his fecerit, at negligenter, ut non attingeret* (locum illi destinatum,) *ad*

olim ventilata utrinque. Filii Bethiræ (Thalmudis testimonio (l)) quam sese torquebant in eruenda hac, at frustra omnis labor nisusque omnis; citra dubium

S 2 & sub-

faciendum sacrificium paschatis, dicunt, quod adigendus sit ad pascha secundum: quod si nec in secundo hoc fecerit, tunc excidii fieri reum. —— *Sed doctores Karræorum volunt, si purus quis fuerit, studio tamen neglexerit pascha primum, reum fieri pœna excidii, neque adigendum esse ad secundum, sed si impurus quis fuerit in primo, aut in via constitutus longinqua, licet potuisset assequi ad faciendum paschatis sacrificium, non tamen intentionem habuerit faciendi, ad pascha esse adigendum alterum, si nec secundo fecerit, sive ex errore sive studio, excidii pœna afficiendum esse.* Habes utramque sententiam, quænam vero propior sit, dispiciendum relinquimus aliis, Ex his judica de alio Canone quem citat *Maimonides* in ח״י Hile. קרבן פסח cap. V. th. 2. f. 280. b. אבל מי שהיה טמא או בדרך רחוקה ולא עשה את הראשון אפע״פ שהזיד בשני אינו חייב כרת׳ *Sed qui impurus fuerit, aut in via constitutus longinqua, ut non fecerit primum, licet studio omiserit secundum, pœnam excidii subterfugit.* Nec non hoc ejusdem l. c. מי ששגג או נאנס ולא הקריב בראשון אם הזיד ולא הקריב בשני חייב כרת ואם שגג או נאנס אף בשני פטור וכו׳ *Qui aut ex errore aut ex necessitate omiserit primum, si studio oblationem neglexerit secundi, excidii pœna reus est; si vero errans aut necessitate compulsus fecerit etiam in secundo hoc, liber est.* Ex dictis quantum distent invicem hi canones nullo negotio dijudicabitur. (l) Per *Hillelem* extractum fuisse hunc scrupulum, cui eam ob rem præfecturæ dignitas collata,

& subsequentium ætatum apellis insuperabilis mansisset, ni Hillelis doctrina fecisset otia, cui ea propter παμψηφεὶ decrevêre præfecturam, decreturi citra dubium & hecatombas, modo non a more fuisset alienius. Karræi iisdem allidunt scopulis, & id solum sciunt, quod in hoc nihil sciant, alterius Hilleiis indigi. (m)

§. XIX.

Intimius pernoscere dum cupiunt utriusque paschatis naturam, illius quod in Ægyptiorum terra celebrabant, atque alterius subsequentis tempestatis, varia adferunt Karræi, sunt quibus distingui invicem videas, sunt alia quibus conveniunt. *Novem* discrepantias prætermimus, aliis annotatæ sunt (n). Quæ in paschate altero

---

edocent Talmudistarum testimonia in Cod. פסחים f. 33. cujus decisionem sequuntur posteri. *Maimonid.* in יד הזקה Hilc. קרבן פסח cap. V. th. 1. f. 280. a. ושחיטת פסח זה מצות עשה בפני עצמה ודוחה את השבת/ *Mactatio paschatis est praceptum affirmativum peculiare, atque pellit sabbatum.* (m) Incerti sunt toti Karræi אם יקרה הפסח בשבת *an pascha cadat in Sabbatum*, plurima habet *R. Aharon b. Eliahu* in ס' מצוות Hilc. פסח dictorum summa hæc est: דעות חכמים נחלקות וכל אחת משתי כתות נחלקו לחלקים כפי שראה כל אחד וכו/ *Discrepantes sunt doctorum sententia, & unaquaque ex duabus sectis in diversa abit, prout cuique visum est &c.* Omittimus ergo plura proferre, ne incertis compleamus chartas. (n) *Novem* discrimina primi paschatis atque secundi ex אדרת אליהו *Elia Byzantini* hominis Karræi adducit *Joh. Meyerus de orig. & causis Fest. cap. VII. §. XXXII. p. 237.* circa quæ

tero recurrunt observanda, plura videmus, nam *quatuordecim* modis congruere hæc censentur Scripturariis. (o)

---

notamus in quinto præcipue occupari nostrum *R. Abaronem b. Eliahu*, fundamentum vero asserti utrique idem est. Ita *Byzantinus*: החמשי פסח מצרים היה נאכל לאנשים ולנשים בחיוב ככתוב במכסת נפשות ופסח דורות היה נאכל לאנשים הבוגרים בחיוב ככתוב יראה כל זכורך/ *Quinta differentia est: Pascha Ægyptiacum debebat comedi a viris & mulieribus, sicut scriptum est:* (Exod, XII. 4.) *pro numero animarum. Sed pascha generationum comedi debebat a viris adultioribus, sicut scriptum est:* (Deut. XVI. 16.) *compareto omnis mas tuus.* Nil differt MStus noster codex *R. Abaronis b. Eliahu* ס' מצות Hilc. פסח his: נתנו החכמים טעם שזה ההברל בין פסח מצרים ובין פסח דורות שפסח מצרים היה נאכל לכל הנפשות שנ' במכסת נפשות אנשים ונשים אבל פסח דורות נתחייב לזכרים הבוגרים אבל הנשים והקטנים היו אוכלים מן שלמי החג/ *Doctores rationem suppeditant, quod hæc sit differentia inter pascha Ægyptiacum & inter pascha generationum: quod pascha Ægyptiacum comedi debuerit omnibus animabus, quia dicitur:* (Exod. XII. 4.) *pro numero animarum, virorum & mulierum, at pascha generationum incumbebat masculis adultis, minores vero uxoresque comedebant de sacrificiis pacificis.* (o) In *quatuordecim* momentis, convenit utrumque pascha juxta *R. Abaronem b. Eliahu* in ס' מצות *de Paschate*, en ea: ובארבעה עשר דברים שוו פסח מצרים ופסח דורות

§. XX.

חקים nonnulla sunt ex præceptis Dei, in quorum rationibus pervestigandis cœcutiunt mortales, dum eas

---

הא׳ פסח מצרים היה מן הכבשים ומן העזים ולא
מן הבקר וככה פסח דורות הב׳ פסח מצרים היה
תמים ר״ל בלי מום וככה פסח דורות הג׳ פסח
מצרים היה זכר ולא נקבה וככה פסח דורות
הד׳ פסח מצרים היה בן שנה וככה פסח דורות הה׳
פסח מצרים לא יאכל נא ומבושל וככה פסח
דורות הו׳ פסח מצרים נאכל צלי וככה פסח דורות
הז׳ פסח מצרים נאכל על מצות ומרורים וככה
פסח דורות הח׳ פסח מצרים ופסח דורות לא
היה יוצא בשר מבית החבורה חוצה הט׳ בפסח
מצרים כתיב ועצם לא תשברו בו וככה בפסח
דורות הי׳ בפסח מצרים כתיב ולא תותירו ממנו
עד בקר ככה בפסח דורות הי״א פסח דורות
היה נשחט בבעור חמץ ופסח מצרים בבעור חמץ
על דעת רוב חכמינו ז״ל הי״ב פסח מצרים ופסח
דורות לא היו נאכלים לערל ואם הוא ישראל
הי״ג פסח מצרים ופסח דורות כל בן נכר לא
יאכל בו אפילו נמול כמו ישמעאל הי״ד פסח מצרים
היה נשחט בארבעה עשר יום לחדש בין הערבים
וככה פסח דורות *Quatuordecim rebus æqualia sunt pascha Ægyptiacum atque pascha generationum: I. Pascha Ægyptiacum fiebat ex agnis & hœdis non vero ex armento, & ita quoque pascha generationum. II. Pascha Ægyptiacum*

eas sibi volebat servatas Legislator, miratur quæ rimari non valet intellectus haud injuriâ (p). Negat in horum classem Pascha referendum esse Karraitica gens, sed cum Spen-

perfectum esse debebat i. e. absque vitio, & sic quoque pascha generationum. III. Pascha Ægyptiacum masculus debebat esse non e sexu sequiori, & ita quoque pascha generationum. VI. Pascha Ægyptiacum annum debebat agere, & ita quoque pascha generationum. V. Non licebat comedere pascha Ægyptiacum si non satis esset assatum aut coctum, & ita quoque pascha generationum. VI. Pascha Ægyptiacum debebat comedi assatum & ita quoque pascha generationum. VII. Pascha Ægyptiacum debebat comedi cum azymis & amaris, & ita quoque pascha generationum. VIII. Non licebat proferre carnem paschatis vel Ægyptiaci vel generationum extra ædes συνάξεως. IX. De Paschate Ægyptiaco scriptum est: (Exod. XII. 46.) Et os ne frangatas in eo, & ita quoque in paschate generationum. X. De paschate Ægyptiaco scriptum est (Exod. XII. 10.) nec relinquatis de eo ad matutinum tempus, & ita quoque in paschate generationum. XI. Pascha generationum mactari debebat cum excussione fermenti, sic quoque pascha Ægyptiacum cum excussione fermenti, juxta mentem plerorumque doctorum nostrorum p. m. XII. Pascha Ægyptiacum & generationum non comedebantur præputiato etiamsi Israelita esset. XIII. De paschate Ægyptiaco & subsequentium generationum non licebat comedere alienigenæ ulli, licet circumcisus esset, quemadmodum Ismaelita. XIV. Pascha Ægyptiacum mactari debebat die decimo quarto mensis inter duas vesperas, & ita quoque pascha generationum. Hæc sunt quæ recurrunt in altero paschate observanda, de Rabbanistarum vero hac in parte placitis nil adducimus ne simus prolixiores. (p) In tres classes dispescunt præcepta Dei Rabbanistæ in דעות

Spencero, ſuperſtitioni gentilium Ægyptiorum præprimis Deum ſe ſtitiſſe adverſum hoc ipſo, dictitat, (q) cenſuram

---

ac משפטים itemque חקים quæ quid ſint, juvat ipſis Judæorum verbis declarare. Primi generis vocant מצוות מושכלות שהשכל מחייבם והם מצוות חשכליות *Principia connata, quæ ipſa dictitat ratio, quæque vocantur præcepta intellectualia. Qualia ſunt, neminem lædere, ſuum cuique tribuere &c.* Secundi generis ſunt: מצוות מקובלות שאין האדם מוצא בשכלו וצריך אל הקבלה אמנם טעמן מבואר/ *Præcepta tradita, quæ ratio non dictitat, ſed quæ revelatione opus habent, quorum tamen ratio in aprico poſita eſt. v. g. interdictum ſanguinis, quia crudelitatem parit.* Tertii generis: מצוות אלהיות שאינם נגלין לשום בריה רק להק"בה/ *Statuta divina quæ nulli creaturæ cognita ſunt præterquam ſoli Deo.* vid. *R. Bechai* in Comment. hinc inde, conf. ס׳ עקרים l. 3. cap. 24. 28. *R. Moſe b. Maimon* in מורה נבוכים l. 3. c. 26. ita: והם אשר תועלתם מבוארת אצל ההמון יקראו משפטים ואלו שאין תועלתם מבוארת אצל ההמון יקראו חקים/ *Illa quorum utilitas nota eſt, vocantur vulgo Miſpathim.* (Judicia) *Illa vero quorum utilitas non manifeſta, vulgo vocantur Chiückim* (ſtatuta). Tu nunc judica ad quamnam ex his pertineat claſſem paſcha. (q) In rationibus eruendis Præceptorum divinorum multus eſt *R. Moſe ben Maimon* in מורה נבוכים ſeu *Doctore Perplexorum*, quem ex lingua Arabica in linguam Ebræam (quamvis obſcurius nonnihil, ut ut omnes hujus viri verſiones) tranſtulit *R. Jehuda Aben Tybbon*, ex hac vero latina toga indutum dedit *Buxtorfius*. Hujus *Maimonidis* veſtigia legit doctiſſimus *Spencerus* in

opere varia eruditione referto de *Legibus ritualibus Ebræor.* ubi totus est, conquisitis hanc in rem ex ultima antiquitate argumentis, ut præcepta Israelitis præscripta componeneret cum gentium moribus, atque ita leges divinas derivaret a gentilium idololatria. Hanc de paschatis sacrificio Legem, Zabiorum moribus oppositam esse multis contendit *Lib. 2. de Leg. Rit. cap. 4.* Ex eodem fonte profluunt sequentia *R. Aharonis b. Eliahu* Karræi in ס׳ המצוות *MSto de Pasch.* אכן לפי הנראה שחיוב הפסח היה בעבור שהיה מנהג המצריים שלא לאכול החי ולאכול היוצא מן החי והיום אנשי הודו אינם אוכלים בשר וכך היו מתנהגים המצריים באותו הזמן ובעבור שזה החק המפורסם אליהם לפי שרש אמונתם הנבערה עלכן צוה השם לעמוד כנגד החק ההוא במפורסם ושתהיה העמירה כנגד החק ההוא תהא העמירה כנגד אמונתם עלכן היה נותן הדם על המשקוף ועל המזוזות להראות ששית אמונתם שלא לשפך הדם להכאיב החי ועלכן צוה לתת הדם על המשקוף על ידי אגרת אזוב שהוא מין הצומח והמבין יבין וכו׳ *Certe prout videtur, necessitas paschatis erat, quia consuetudo Ægyptiorum erat nil quicquam comedere vel de vivente vel vivens ipsum; quin hodienum Indi non comedunt carnem, hunc sequebantur morem etiam Ægyptii ea tempestate. Propterea vero quod hoc statutum publicum apud ipsos fuit, vi fundamenti religionis ipsorum omni ratione destitutæ, quare præcepit Deus resistere huic mori publice, cumq; esset reluctatio hac contra hoc statutum, esset simul contra religionem ipsorum. Propterea volebat effundi sanguinem super superliminare superque limina, ut indicaret, fundamentum ipsorum esse religionis, nentiquam fundere sanguinem, quo dolor adfe-*

ſuram ea propter experti Rabbaniſtarum quorundam. (r)

§. XXI.

---

adferatur viventi, hunc in finem volebat ſanguinem ſuperimponi ſuperliminari mediante faſciculo byſſopi, qui erat ſpecies germinis. Sapienti ſat. Non ovum ovo tam ſimile eſt, quam verba hæc Karræi ſententiæ Spencerianæ, qui l. ſupr. cit. ait: *Sanguinem agni in ſuperliminare & anteriores ædium poſtes aſpergi debuiſſe, ut animal quod Ægyptii colebant, ſe plane contemnere declararent.* Nihil aliud vult Karraita, qui addit hanc ob cauſam aſſatum eſſe, ut odor penetrare eo magis poſſet ædes intermedias Ægyptiorum, atque ſic contemptus vulgatior fieret quibusque; en verba ejus l. c. *de Paſchate:* ובשביל היות בתי המצריים בינות בתי ישראל היותו צלי לצאת הריח *Quoniam ædes Ægyptiorum erant inter ædes Iſraelitarum aſſabatur, ut odor eo evaderet penetrantior.* Pluribus inquirit ſubſequentibus verbis in ſingulas ritus huius circumſtantias ac minutiſſima quæque, quæ omittimus, fundamenta adduxiſſe ſufficiat. (r) *Spenzerus* antagoniſtas plures nactus eſt, ut & Karræus, cujus præcipuus prodeat nunc *R. Aben Eſra* qui in *Comment. ad Exod.* XII. 7. his ſententiam hanc perſtringit: ורבים אמרו כי נתינת הדם על המשקוף ועל שתי המזוזות להראות שישחטו תועבת מצריים בפרהסיא כי כבר נפל פחדם עליהם ולא יפחדו שיסקלום ואלו היה כן היה זה בשער החצר והנה לא הושם הדם כי אם בסתר שסגרו שער החצר והם שחטו בין הערבים שלא יראה אדם שהוא סמוך ללילה ואיש לא יצא מפתח ביתו עד בקר שהלכו לדרכם וסגרו כל אחד שער הצר כי המצריים חשבו שישובו רק הטעם להיות הדם אות

§. XXI.

A Paschatis festo ad *Expiationis* diem deferimur, summa semper Judæis cultum reverentia; magna licet σαφηνεία hinc inde (s) perscripserit solennia ejusdem sacer

המשקוף להיותו כופר בעד כל האוכל בבית ויהיה סימן למשחית שיראנו/ *Multi dicunt quod immissio sanguinis super superliminare & super duos postes fieri debuerit, ad demonstrandum quod mactarint abominationem Ægyptiorum publice, hos enim jam timore illorum correptos fuisse, illis nec quicquam timentibus lapidationes. Verum si ita esset, factum fuisset in vestibuli porta, ecce vero non effusus est sanguis nisi clam clausis portis vestibuli. Praterea mactabant inter duas vesperas, ne videret id quispiam, cum circa noctis initia esset; nec ullus egressus est e porta ædium suarum ad tempus usque matutinum, quo sua abierunt via: clausit porro quisque portam atrii sui, Ægyptii enim eos reversuros putabant. Hæc sola causa est, quum sanguis super superliminare esse debuit, ut expiaret is quemcunque comedentem in domo ea, notaque perditori esset quam videret.* Vides dissensum utriusque, quem ad veritatis lancem appendas ipse, nobis id nunc negotii non est, interim perplacent sequentia libri נצחון Vet. p. 47. לכן אין להרהר ולדקדק במצוות הבורא ית׳ אלא מה שאסר אסור ומה שהתיר מותר/ i. e. vertente Cl. Wagenseilio; *Quapropter non rimandæ aut curiosius explorandæ sunt præceptorum divinorum rationes. Quod vetuit ille, pro vetito habendum, & quo concessit, pro concesso.* Quibus simul tractationem hanc de paschate obsignamus properantes ad alia. (s) Vid. *Levit.* XVI. 29 XXIII. 27. *Numer.* XXIX. 7.

ſacer codex, videas tamen & hic in diverſa abire utramque partem. Occaſione enim עִנּוּי הַנֶּפֶשׁ *Afflictionis animæ* quam requirit ſummum Numen

ἀντιβίοισι μαχέσασθαι ἐπέεσι

deprehenduntur, dum Rabbaniſtæ hanc ad quinarium præcipue extendunt *cibum* ſc. ac *potum*, *lotionem*, *unctionem*, *indumentum calcei & concubitum*, Karræis ad ſolam primam ſpeciem reſtringentibus. (t)

§. XXII.

(t) Brevibus ſuorum ſententiam de עִנּוּי הַנֶּפֶשׁ *Afflictione animæ* exponit *Baal hatur.* ad *Levit.* XXIII. 27. hiſce: וחמשה ענויים הן אכילה ושתיה ורחיצה וסיכה ונעילת הסנדל ותשמיש המטה׃ *In quinque rebus afflictio locum habet cibo ſc. ac potu, lotione, indumento calcei ac concubitu.* Modus autem probandi hunc quinarium oppido nullus eſt dum Id. addit: כנגד חמשה פעמים נפש דכתיבי בפרשת וכנגד חמשה שמות שיש לנפש וחמשה טבילות לכוהן גדול וחמשה תפלות׃ *Quinque afflictionis ſpecies ſunt, quia quinquies vox animæ in ſectione hac ſcripta comparet, item reſpectu quinque nominum quæ competunt animæ, atque quinque Lotionum ſacerdotis ſummi, nec non quinque precationum.* Nulla in his eſt concludendi vis, nulla neceſſitas. Karræi hinc miſſis quatuor poſterioribus ſpeciebus primam ſolum eligunt per afflictionem *interdictum cibum ac potum* intelligentes ita *R. Aharon b. Eliahu* in ס׳ המצוות Hilc. יום הכפורי׳ ſcribit: אך משמע אלו המלות לפי רצון הכתוב במניעת מאכל והמשתה׃ *Enimvero proprius ſignificatus harum vocum: affligatis animas veſtras, ex mente Scripturæ conſiſtit in prohibitione cibi ac potus.* Generalem regulam tradit hinc

§. XXII.

Ut variant peccata gradu, quorum graviora alia sunt alia vero leviora, ita modos quoque expiationis diversos volunt Rabbanistæ; hæc sola delentur pœnitentia,

---

idem Karræus: והנה לא מצאנו ענוי נפש כי אם
במניעת המאכל והמשתה/ *Ecce non deprehendimus*
afflictionem animæ dictam, nisi in interdicto cibo ac potu, Inde
quoque refutant placita Rabbanistarum, quod excidii pœna cum maneat qui neglexerit afflictionem, pœnam vero hanc, ipsis fatentibus adversariis, in solum cadere cibum ac
potum: אך מה הרחיבו בעלי הקבלה לאסור דברים
אחרים ממאמר תענו את נפשותיכם אינם צודקים
ואלו הם הסיכה ומניעת השכיבה ולבישת הסנדל
ולרחוץ הלא הם עצמם הבדילו כי אין חייב כרת אלא על
האכילה ועל השתיה לבד וכו׳ *Enimvero cum extentendunt hæc Traditionarii ad alias res prohibendas vi dicti*
(Levit. XVI. 29.) *affligatis animas vestras, abludunt a vero.*
Hæc autem sunt: (interdicta) *Unctio, interdictum concubitus, indumenti calceorum atque lotionis; Annon vero ipsimet distinguunt quod nullus reatum incurrat Excidii nisi ob cibum atque potum solum?* Interim iidem fatentur omnia ea quæ sabbato prohibita sint, illicita quoque esse hoc ipso die, nec quicquam intercedere discriminis nisi in pœna irroganda, Sabbati neglecti enim pœnam in voluntario esse *Lapidationem & Excidium* diei autem Expiationis solum *Excidium*,
en verba MSti: כל מה שאסור בשבת אסור ביום העשור
אין ביניהם הבדל אלא במשפט שהעובר בשבת
במזיד חייב סקילה וכרת שנ׳ מחללו מות וגו׳ בזה
היום חייב כרת לכר *Omne quod illicitum est in Sab-*

tia, illa dies expiat Expiationis, alia tolluntur afflictionibus, quædam vero nullo horum modorum aufferri credunt sed sola morte. (u) Secus sentiunt Karræi, quorum

---

bato, illicitum quoque est in die decimo hoc, nulla intercedente differentia nisi quoad judicium, transgressor enim voluntarius sabbati lapidationis & Excidii pœnam incurrit, quia dictum est, profanans illud morte moriatur &c. hujus vero diei, pœna Excidii reus fit tantum. (u) Affirmativa præcepta si quis transgressus fuerit, eum sola credunt expiari pœnitentia, si negativa, non sola pœnitentia rem censetur conficere ni dies accesserit Expiationis; si vero peccata fuerint quæ sub Excidii aut capitali pœna interdicta sunt, liberationem a crimine conciliant afflictiones; at vero injuria in Deum ipsum immediate commissa, nulli horum modorum expiandi inest vis, mors ipsa accedat necesse est. Clare hæc tradit liber ראשית חכמה inter Canones enim pœnitentiales XXI. hic est: עבר ארם על כריתות ומיתות בית דין תשובה ויום הכפורים מכפרת מחצה ויסורין מכפרין מחצה אבל נתחלל שם שמים על ידו אין כח בתשובה לתלות ולא ביום הכפורין לכפר ולא ביסורין למרק אבל תולין ומיתה ממרקת עוון וכו׳ i. e. vertente cl. *Voinsinio ad Raym. Martini Pug. Fid. Part. III. dist. III. cap. XIV. f. 835. Si quis ea peccata commiserit, quibus Excidii mortisque judicialis pœna constituta est, pœnitentia diesq; expiationum partem eorum expiant; cætera pœna expiant; sed si quis prophanaverit nomen Dei, pœnitentia non potest suspendere, neque dies expiationum expiare, neque pœna delere, sed hæc omnia suspendunt: mors autem delet iniquitatem.* Passim eadem cum his in Rabbanistarum monumentis comparent, missis recentioribus ipsos adeamus fontes,

Pandectas sc. Thalm, unde derivata sunt hæc omnia, ita autem Cod. Joma f. 86. a, שאל רבי מתיא בן חרש את
רבי אלעזר בן עזריא ומי שמעת ערבע' חלוקי כפרה
שהיה ר' ישמעל דורש אמר שלושה הן ותשובה
עם כל אחד ואחד עבר על עשה ושב אינו זז
משם עד שמוחלין לו שנ' שובו בנים שובבים
עבר על לא תעשה ועשה תשובה תשובה תולה
ויום הכפורים מכפר שנ' כי ביום הזה יכפר עליכם
מכל טומאתיכם עבר על כריתות ומיתות בית דין
ועשה תשובה תשובה ויום הכפורים תולין וייסורין
ממרקין שנ' ופקדתי בשבט פשעם ובנגעים עונם
שיש חלול השם בידו אין לו כח בתשובה לתלות
ולא ביום הכפורים לכפר ולא ביסורין למרק
אלא כולן תולין ומיתה ממרקת שנ' ונגלה באזנני
יי' צבאות אם יכופר העון הזה לכם עד תמותון
i.e. *Percontabatur R. Matia Charascides R. Eleasarem filium Asariæ Romæ: numquid audivisti quatuor illa genera diversa expiationum, quæ R. Ismael exponere solebat? respondebat hic, tria tantum sunt & cum uno quoque conjungere oportet pœnitentiam: Si quis affirmativorum preceptorum aliquod violaverit atque facti ducatur pœnitentia, priusquam ex illo loco recedat, pœnitentiam consequitur, quia dictum est* (Jerem. III. 22.) *Revertimini filii aversi. Quod si quis negativorum preceptorum aliquod violaverit, atque facti ducatur pœnitentia, in suspenso rem relinquit pœnitentia, atque dies expiationis remissionem procurat, quia dictum est:* (Levit. XVI. 30.) *Quia die isto repurgabit vos ab omni immunditie vestra. Quod si quis tale scelus committat, quod sub Excidii aut pœna capitis interdicitur, atque facti ducatur pœnitentia, & pœnitentia & dies expiationis rem in suspenso relinquunt, liberationem autem*

rum judicio pœnitentia quemvis tollit reatum. (x)

§.XXII.

autem a crimine afflictiones conciliant, quia dictum est: (Pf. LXXXIX, 33.) *& visitabo virga prævaricationem ipsorum & plagis iniquitatem ipsorum. At vero si quis in ipsum Deum sit injurius, nec pœnitentia ad suspendendum, nec diei expiationis ad remissionem procurandam, nec afflictionibus ad liberationem conciliandam vis inest, sed omnia in suspenso manent, quoad tandem mors iniquitatem tollat, quia dictum est* (Ef. XXII. 14.) *Et revelata est in auribus meis vox Domini Exercituum; si remittetur iniquitas hæc donec moriamini.* Hæc sententia Rabbanistarum est, quæ Karræorum sit accipe itidem.

(x) Iisdem fere verbis Talmudistarum sententiam allegat noster Karræus *R. Aharon b. Eliahu* in ס׳ מצות Hilc. יום הכפורים f. de *die Expiationis* sua dein subjuncta *Anepfeo*: בעלי הקבלה חלקו העונות יש עבירות כגון העובר על מצות עשה אם שב אינו זז עד שמוחלין לו עובר על מצוה לא תעשה שאין בה עונש ועשה תשובה התשובה תולה ויום הכפורים מכפר עובר על מצוה שיש בו כרת ומיתת בית דין תשובה ויום הכפורים תולה ויסורין מכפרין ואינן מתכפרין עד שיבאו עליו ייסורין חלל את השם אע״פ שעשה תשובה והגיע יום הכפורים והוא בתשובתו ובאו עליו יסורין אינו מתכפר כפרה גמורה עד שימות אלא תשובה ויום הכפורים וייסורין תולין ומיתה מכפרת ועל פי רעתינו התשובה מכפרת ומפלת הגמול וכו׳ i. e. *Traditionarii distinguunt peccata; sunt aliqua, v. g. qui transgreditur præceptum affirmativum, si pœnitentiam agat, antequam secedat remissionem consequitur. Qui transgreditur præceptum*

§. XXV.

Arma adversus insultus Satanæ preces sunt, quas
V
nec

negativum cui pœna non adheret, si pœnitentia ducatur, in suspenso rem relinquit pœnitentia atque dies expiationis remissionem procurat. Qui præceptorum aliquod violat cui pœna Excidii adjuncta est aut capitis per Synedrium infligenda, pœnitentia diesque expiationis in suspenso relinquunt, afflictiones vero remissionem procurant, nec remissio speranda nisi supervenientibus illis. Si quis injuria Deum affecerit, licet agat pœnitentiam atque adsit expiationis dies resipiscentique superveniant afflictiones, non tamen remissionem consequitur perfectam, usque dum fuerit mortuus, pœnitentia dieque expiationis ac afflictionibus relinquentibus in suspenso mors expiat. At juxta sententiam nostram, pœnitentia remissionem conciliat tollitque retributionem. Habes sententiam Karræorum perspicue satis traditam, quam id. *R. Aharon b. Eliahu* l. c. clariorem reddit hisce: ויש לדעת שהתשובה מפלת כלל העונות וכו׳ *Scias pœnitentiam quæcunque delere peccata.* It. ואם תעשה תשובה התשובה תפיל כלל העונות וישארו הזכיות ואם לא זכיות זכות התשובה מספיק׳ *Quod si egeris pœnitentiam, pœnitentia hæc omnia in universum tollit peccata, ut remaneant bona opera, si defuerint hæc, meritum pœnitentiæ sufficit.* Hæc MStus Codex de ablatione culpæ medioque cum Deo reconciliandi contra Rabbanistas, at mutilate proh dolor! parte principali deficiente, ad cujus agnitionem ut perducantur merito omnes boni optant. Cæterum quæ de Expiationis die observari mereantur in expositionem Novi præprimis Fœderis, doctissime omnia, pro more, executus est Venerandus Præceptor noster DANZIUS in duabus Dissert. *de Functione Pontif. M. in*

nec despiciunt Judæi, inter Karræos R. Aharon b. Eliahu integro tractatu prolixo satis & erudito earundem exposuit rationem. Attentionem præcipue requirit hic in precationibus, licitis in omni & forma externa & idiomate (b)

§. XXIV.

---

adyto anniversaria, quo lectorem horum cupidum amandamus. (a) Ἀδιαλείπτως orandum monet Apostolus I. Thes. V. 17. huic monito tantum abest ut adversentur Judæi, ut potius semper suis inculcatum id velint contribulibus; audi Maimonid. Hilc. תפלה cap. I. §. 1. מצות עשה להתפלל בכל יום שנאמר ועבדתם את יי׳ אלהיכם מפי השמועה למדנו שעבודה זו היא תפלה שנ׳ ולעבדו בכל לבבכם אמרו הכמים אי זו היא עבודה שבלב זו תפלה׳ *Præceptum affirmativum est ἀδιαλείπτως orandum esse, quia dictum est* (Exod. XXIII. 25.) *& ut colatis Dominum Deum vestrum. Per traditionem accepimus, cultum hunc non esse alium quam Orationem; quia dictum est:* (Deut. XI. 13.) *Et ut colatis illum toto corde vestro. Dixerunt sapientes nostri, quisnam est ille cultus cordis? Oratio.* Ad eadem suos adhortatur *R. Aharon b. Eliahu* hinc inde in ס׳ מצוות Hilc. תפלה seu de *Precatione*. (b) Attentionem requirunt præcipue Karræi in precando, eam abire dictitantes, deficiente hac, in fumum, ita R. Aharon l. c. צריך שתהיה לו כונה שאם לא כן מה הועיל לו תפלתו והוא עומד לפני מי שחוקר לבבות ובוחן כליות ואם לפני מלך בשר ודם צריך להיות דבריו בכונה שאם לא כן יחרה לו כל שכן לפני מלך מלכי המלכים וכו׳ i. e. *Necessaria illi* (qui orat)

est attentio, deficiente hac, quid utilitatis reportabit inde, cum stet ante eum qui corda pervestigat probatque interiora. Quod si cavendum, ne coram rege mortali prorumpant verba absque attentione, ne eveniente hoc irascatur ipsi, quanto magis hoc observandum venit coram rege quorumcunque regum. Adprobantur hæc & Scripturæ dictis & Rabbanistarum, hi siquidem inter res quorum percipiuntur præmia in seculo & hoc & futuro referunt עיון תפלה *attentionem in precatione*, vid. ס' תפל'ה f.m.2.b. Preces quocunque corporis gestu exprimere licet, Karræorum judicio, modestus modo sit alatque pudorem, en ex ore *R. Aharonis* seq. עמידה השתחויה בריכה כריעה נקידה נפילה נשיאת ידים פרישת כפים נשיאת עינים הרמת קול תפלה בלחש Orare licet *stando*, *procidendo*, *flexis genibus*, *incurvando*, *inclinato vertice*, *prosternendo se*, *erectis manibus*, *volis expansis*, *elevatis oculis*, *voce sonora atque tacita*. Animum hæc signa externa demissum prostratumve notant, juxta eundem Karræum l. c. שפלות והכנעה לפני הארון להודיע חסרונו אצל שלמות הארון שלא יהיה מתקשט בקומתו אשר נערף מב"ח אלא להראות עצמו כ"בח שאין להם מעלה וכון Indicant hæc *humilitatem atque demissionem coram Domino, ad indicandum defectum coram perfectione ejus, quod non superbiat statura sua, qua reliqua viventia superat, sed quod ostendat se sicut illa, nulla existente excellentia.* Cæterum privatæ preces, ex more quoque Karræorum submisse fundendæ sunt tradente eodem l. c. היחיד יש לו לעשות תפלה בלחש *Solitario incumbit preces fundere submisse.* Qua lingua orandum sit, non videtur expositum clare satis, est ubi Ebraicam velit, est contra ea etiam ubi nec reliquas excludat, non sine contradictionis suspicione, accipe verba Karræi: ראוי לקרא

§. XXIV.

Jejuniis Deum propitiare ſtudent Judæi, ita ut fre-

בלשון הקרש/ *Legere conveniens eſt* (preces) *lingua ſancta*; nec non: החכמים לא הכשירו להתפלל כי אם בלשון הקדש ובזה צריך להרגיל הואיל ולשונינו שפה ברורה שאין בה שמות מוסכמים לדברים המגנים/ *Sapientes non adprobant preces niſi factas lingua ſancta, hæc itaque exercenda venit, quandoquidem idioma noſtrum labium eſt electum, in qua non comparent nomina convenientia rebus turpibus.* Nonnullis tamen interjectis pergit idem: וחכמים מפני שמצאו דניאל ע"ה מתפלל בלשון ארמי הכשירו להתפלל בכל לשון/ *Sapientes tamen, eo quod invenerint Danielem p. m. lingua Chaldaica ſupplicantem, licitum pronunciant orare quacunque lingua.* Vides deſtruere ultima hæc in antecedentibus dicta, niſi priora ſolum intelligenda ſint de veterum, ultima vero hæc de modernorum precandi modo, aut preces reſpiciant alia privatas, alia vero publicas. Qua ratione preces conficiendæ ſint tradit idem phraſibus ſcil. Scripturæ, primordium capiatur benedictione, eaque finiri debent, audiamus requiſita quæ obſervari vult, *R. Aharon b. Eliahu l.* MSti cit. בתקון התפלה/ in *conficiendis precationibus*: לא יצא מדרכי הכתוב/ להתחיל בלשון ברכה להשלים תמיד תהלתו בפי וחותם בברוך יי אמן ואמן/ *I. ductum ſequatur* (precatio) *Scripturæ. II. Primordium capiatur benedictione. III. Finiatur ſemper formula, Laus ejus in ore meo, obſignetur tandem vocibus: Benedictus Dominus, Amen, Amen.* Regula hæc eſt, quam obſervari vult noſter, novæ dum efformantur preces. Plura ſequentia tradunt de precationibus quocunque die, ſeu ſacer is ſit ſeu minus, inſtituendis, quas præterimus nunc ſilendo.

frequentia eorum contrahant maciem ; ſæpius palleant, fiantque decolores , quin ſi monumentis illorum fides habenda eſt , lineamenta nonnullorum ex quotidiana inedia fuliginea quadam nube atroque confundebantur nigrore. Nil a Rabbaniſtis Karræi recedunt , jejunia obſervant & hi , rigore non multum diſſimili, eaque nec Sabbato (reclamantibus licet Traditionariis) ſuſcipere dubitant. (a)

(a) Dum premuntur Iſraelitæ anguſtia, neceſſe eſt jejunia proclament ex mente Karræorum , ita enim *R. Aharon b. Eliahu* in ס'מצות Hilc. תענית ſcribit: בבוא על ישראל צרה בין ליחיד בין לרבים ראוי להתענות לפני השם ולהתודות על חטאיו וכו' *Dum ſupervenit Iſraeli afflictio, ſive unus fuerit ſive plures, neceſſe eſt, jejunium inſtituat coram Deo confiteaturque peccata ſua.* Probat hoc in ſubſequenribus exemplo Mardochai & Eſther, & hactenus conſpirat, ni fallor, utraque pars amice: ſed num in Sabbato quoque jejunia conveniat inſtituere diſputant utrinque. Rabbaniſtæ pernegant hoc, prout diſerte pronunciat *R. Moſe b. Maimon.* in יד חזקה Hilc. שבת cap. XXX. th. 12. f. 197. a. Karræorum aliqui licita affirmant, interdicentibus aliis, aliis, librata argumentorum ex utraque parte vi, eligentibus ἐποχὴν: *R. Aharon b. Eliahu* in ס' מצוות hunc diſſenſum nobis pandit ſequentibus: אמנם מה שיפול מאלו הצומות בשבת נחלקו דיעות החכמים מהם חייבום בשבת ומהם מנעו אותם שלא יעשו בשבת ומהם העבירו ואשר מנעו אותם אומרים שהכתוב קרא השבת יום ענג וצריך שלא יהיה בו ענוי וער

§. XXV.

Inter festa Judæorum e præcipuis est id, cum in Tabernaculis (unde & nomen sortitur) sepes sibi figunt, quo unam palmæ spatulam, ut & tres myrti duosque salicis ramos colligatos in unam, in alteram vero manum

---

כן לא יכשר לצום בשבת ואשר חייבוהו הוא בעבור שנאמר והפכתי חגיהם לאבל ונאמר והשבתי כל משושה חגה חדשה ושבתה וכל מועדה/ *Enimvero cum aliquod ex jejuniis hisce inciderit in Sabbatum, discrepant sententiæ sapientum; aliqui illorum necessaria pronunciant ea, sunt alii, qui interdicunt quo minus fiant Sabbato, aliqui connivent. Qui prohibent illa, dicunt Scripturam Sabbatum vocare* (Esai. LVIII. 14.) *dicm voluptatum, unde necessarium, nil quicquam sit in eo afflictionis &c. quare non rectum esse jejunare in Sabbato. Qui vero necessaria affirmant, sit eo, quod dictum sit* (Amos VIII. 10.) *& vertam festa vestra in luctum; nec non* (Hos. II. 11.) *Et cessare faciam omne gaudium illius, festi illius, novilunii & Sabbati illius, quin omnium temporum statutorum ejus.* Hæc diversitas sententiarum est cum præcipuis, quibus superstructa est fundamentis, tu de veritate judica ex his. *R. Aharon b. Eliahu* ultimæ subscribit, jejunium & sabbato licitum esse contendens; probat assertum ab Expiationis die incidente in Sabbatum, nec quicquam hoc impedire tum jejunia affirmat, hæc sunt ejus verba l. c. ואשר העבירו לצום בשבת זכים ויום כפור לאות שאם נפל בשבת חיוב לצום/ *Quin contendunt jejunari posse in Sabbato veri sunt, cum dies expiationis probationis loco sit, qui si inciderit in Sabbatum, necessario jejunandum est.* Ipsa dein Rabbanista-

num pomum citri (אתרוג salutatur) ſumunt, atque cantantes quocunque die altare circumeunt pulpitumve in Synagoga, manibus geſtando una cum colligatis ramis malum citri, dum accedunt propius, in quatuor mun-

---

rum monumenta perluſtrat noſter, atque inde depromit tela, ita argumentatus à minori ad majus: ת"ר אמרו היתה העיר שהקיפוה גוים או נהר או ספינה הנטרפת בים אפילו יחיד הנטרף מפני גוים או מפני לעטים ומפני רוח רעה מתענים אליהם בשבת וזועקים ומתחננים בתפלות ואם על אלו התירו לצום בשבת כל שכן בשביל חרבן הבית ועל שבר ציון וירושלים *Traditionarii dicunt: ſit urbs cincta gentilibus aut flumine aut navis conquaſſata in mari, imo etiam unicus direptus a Gentilibus aut latronibus aut tempeſtate agitatus, propter hæc jejunatur in Sabbato, exclamant quoque atque gratiam implorant precationibus. Si itaque propter hæc licitum fecerunt jejunare in Sabbato, quanto magis propter deſolationem templi, clademque Zionis & Jeroſolymæ.* Hi arietes ſunt, quibus adverſarios ſuos convellere laborat *R. Aharon* Karræus, quo ſucceſſu dicere mihi nunc non ſumo. Quæ interim è Rabbaniſtis hic adfert, habentur in יד חזקה ſæpius cit. *Maimonid.* Hilc. תענית c. l. & Hilc. שבת c. XXX. th. 12. f. 197. a. huncin modum concepta: חוץ מעיר שהקיפוה כותים או נהר או ספינה המטרפת בים שמתריעין עליהם בשבת לעזרן ומתחננים ומבקשין עליהן רחמים Non jejunare licet Sabbato, *excepto caſu ſi urbs cincta ſit cuthæis* (R. Aharon legit Gentilibus ſenſu nec quicquam diverſo) *aut flumine, aut navis conquaſſata ſit in mari, quæ*

mundi plagas videas agitari. At pleraque fiunt invitis Karræis, nequaquam enim e Levit. XXIII. 40. erui hæc posse asserunt, sed quæ dicantur ibi, solam spectare constructionem tabernaculorum. (b)

§. XXVI.

Nota in vulgus sunt filamina lanea, Zizit dicta Ebræis, quæ in quadrangula Judæorum veste cuique se offerunt. Nec Karræi illa, (in Scripturis quippe mandata)

---

promulgant propter ea in Sabbato ad auxilia illis præstanda, *implorantque propter ea* (jejunio) *misericordiam*. Conf. omnino l. c. Cod. תענית Non vero hæc latius justo extendenda sunt, excipiuntur sententia *R. Aharonis Karræi* festa præcipue Purim atque Novilunia, en exceptionem: אבל אין ראוי לגזור תענית בימים טובים ולא בראשי חדשים ולא בפורים) *Non vero convenit decernere jejunium in diebus festis, neque in noviluniis nec festo Purim seu sortium.* Scilicet major hisce diebus lætitia est, quam ut jejuniis turbare sit licitum. (b) Magno studio circa hujus festi ritus explanandos versantur Rabbanistæ, post Talmudis enim Pandectas justo tractatu persecutus est eos *R. Mose b. Maimon* in יד חזקה part. I. Hilc. סוכה f. 255. Nihilo segniores Karræi sunt, neque in his deficit adversarius *Maimonidis R. Aharon b. Eliahu* peculiari hanc in rem confecto tractatu, pertractat ibi pluribus materiam tabernaculorum suorumque sententiam vindicat ex instituto, quicquid vel *R. Abarbenel* vel *Aben-Esra* gravioris armaturæ milites in Commentariis suis ogganniant. In aciem produceremus utrinque, nisi otia fecissent nobis diligentia sua *Jo. Meyerus de*

data) aversantur, institutis solum Traditionariorum contrarii in quibusdam. A *prospectando* nomen habent juxta Scripturarios, (c) nec alio sint tincta colore, quam

X albo

Orig. & Cauf. Fest. cap. XII. §. XI. p. 348. nec non *Groddeckius Diss. I. de Cerem. Palm. c. II. §. 2. p. 10.* qui consuli merentur. (c) Propter fila rami instar dependentia dici sic sententia plurium Rabbanistarum est. Ita *R. Sal. Jisaacides* in Com. ad Num. XV. 38. על שם הפתילים התלויים בה כמו ויקחני בציצית ראשי *Dicuntur ita propter filamina suspensa inde, quemadmodum* (Ezech. VIII. 4.) *accepit me capillis capitis mei.* Clarius percipiuntur hæc ex ore *R. Sal. b. Melech*, qui vocem ציצית explicaturus ita scribit f. 32. col. 2. b. in Comment. ad l. c. ציצית על שם הענף הנתלה בו כי רוב חוטי הציצית חן ענף *Zizit dicitur propter ramum suspensum inde, nam plura fila τοῦ κρασπέδου rami instar se habent.* Conf. in Comm. ad Ezech. VIII. 3. nec non *R. Aben-Esra* in Comm. ad l. c. nihil ab his distat *R. Mose b. Maimon*, convenientiam significationis ita declarans in in יד חזקה Hilc. ציצית Part. I. ff. c. 1. §. 1. f. 93. b. ענף שעושין על כנף הבגד ממין הבגד הוא הנקרא ציצית מפני שהוא דומה לציצית של ראש שנאמר ויקחני בציצית ראשי *Ramus, quem in ora vestimenti conficiunt ex specie illius vestis dicitur Zizit, propterea, quia similis est cincinno capitis q. d.* (Ezech. VIII. 3.) *& accepit me cincinnis capitis mei.* Negat derivationem hanc cum sequacibus suis *R. Aharon b. Eliahu* in כ"מ Hilc. ציצית *prospectandi* dum præfert significatum quasi *Prospectaculum* seu *Prospectum* dicas, hæc verba ejus sunt: ולשון ציצית מלשון מציץ מן החרכים לשון ראיה לא כדעת בעלי הקבלה *Significatus vocis Zizit est ab illo* (Cant. II. 9.) *prospectat e fer-*

albo, (d) numeri arbitrarii, (e) opus cujusque, (f) folis-
que

---

nestris, ejusdem significationis cum verbo ראה (videre) *non juxta mentem traditionariorum* &c. Hanc vero derivationem inter alja & eam ob causam alteri præferendam ducimus, quod autoritate & Christianorum quin Rabbanistarum quoque fiat commendatior. Ita enim post verba superius citata pergit *R. Sal. Isaacides:* דבר אחר על שם וראיתם אותו כמו מציץ מן החרכים/ *Aliter:* (dicitur ita) *respectu habito ad* (Num. XV. 40.) *& videritis illud, quemadmodum* (Cant. II. 9) *prospiciens e fenestris.* Autoritates Christianorum non proferimus, ultro sese offerunt cuique. (d) Zizit quemcunque recipit colorem statutis Rabbanistarum/ אם ירוקה ירוקין אם אדומה אדומין *Si viride fuerit pallium, filamina quoque virorem servant, si rubicundum, & filamina hoc sunt colore tincta,* tradente *Maimonide* in יד חזקה Hilc. ציצית cap. 2. th. 8. f. 97. a. Karræi vero solam adprobant albedinem, juxta *R. Aharonem b. Eliahu* in ס׳ מצוות Hilc. Zizit: וכלם מודים שהציצית היא לבן אע״ף שב״ה אומרים יהיה משאר צביעות יכשר לבד שלא יהיה שחור שמראהו קרוב למראה התכלת/ *Omnes illi fatentur, quod Zizith albi debeat esse coloris, licet Traditionarii contendant, si e reliquis fuerit coloribus aptum esse, modo non nigrescat, quum hic colori hyacinthino propior justo sit.* (e) Quatuor fila requiruntur duplicata in medio, ut dependeant octo ex Rabbanistarum placitis ita *R. Mose b. Maimon* l. c. cap. I. th. 6. f. 94. ומכניס שם ארבעה חוטין וכופלן באמצע/ *Et traducuntur illuc* (per foramen panniculi) *quatuor funiculi, qui duplicantur in medio.* Sed Karræis numerus arbitrarius est juxta *R. Aharon b. Eliahu* l. c. הנראה מכח התורה לפי שפירש ר׳ יוסף תקון הציצית הם החוטים הנשארים מן

quę licitum (g),

X 2 XXVII,

האריגה בסוף ואין להם שיעור ואין הבדל בין שינתנו עליו בין שיהיו מגוף האריגה/ *Certe quantum conſpici poteſt ex lege, quemadmodum exponit R. Joſeph, conſtructio Zizith conſiſtit ex filaminibus relictis e textura in fine, quorum non eſt menſura, nec differentia, ſive innectantur demum illi, ſeu ſint ex ſubſtantia texturæ.* Ultima hæc inculcavit jam in præcedentibus, quæ contracta in pauca ita ſe habent: אין הבדל בין שיהיה מגוף הבגד בין שיהיו נרבקים עליו/ *Idem eſt, ſeu e ſubſtantia ſint veſtimenti ſeu fuerint illi innexa.* (f) Zizit a gentili confectum *Maimonidi* aliisque Traditionariorum cenſetur vitioſum, nec traducendum in uſum cap. I. in י"ח th. 12. f. 95. a. ציצית שעשה אותו כותי פסול שנאמר דבר אל בני ישראל ועשו להם ציצית/ *Zizith confectum a gentili eſt illegitimum, quia dictum eſt* (Num. XV. 39.) *loquere ad Iſraelitas, ut faciant ſibi Zizith.* Non ita faſtidiunt opera exterorum Karræi, legitima ſunt Zizith etiam a Gentili confecta excepto filo hyacinthino, quod manus requirebat Iſraelitæ, ut tradit *R. Aharon b. Eliahu* l. c. ואם יעשה הגוי הוא בהתר אבל נתינת הפתיל צריך להיות ישראל/ *Quod ſi confecerit Gentilis, licitum eſt, at immiſſio fili neceſſe eſt fiat opera Iſraelitæ.* (g) Non hoc præcepto fœminæ tenentur, vel ſervi, minorennes vero obſtringuntur ad id voluntate Doctorum: *Maimonides* hoc docet l. c. c. III, th. 9. f. 98. b. נשים ועבדים וקטנים פטורין מן הציצית מן התורה ומדברי סופרים שכל קטן שיודע להתעטף חייב בציצית כדי לחנכו במצוות/ *Mulieres & ſervi itemque minores ſoluti ſunt præcepto de Zizith per legem, Voluntate vero Doctorum eſt, ut omnis minorennis, qui ſe ami-*

§. XXVII.

Ponunt præputia Judæi, ut diversitate noscantur, nec de necessitate signaculi ambigit quisquam. Est tamen ubi absque præputio edantur pueri, quam hoc in casu ingredi viam conveniat, salvis Dei legibus, distant utrinque. Rabbanistæ sanguinem fundendum volunt, fœderis initi argumentum. Karræorum vero statutis absolvitur omnino. (h)

§. XXVIII.

---

cire novit, obligatus sit ad Zizith, propterea ut mature preparetur ad pracepta. Traditioni quum superstructa sit hæc de minoribus obligatis sententia, quilibet contradictionem subodoratur Karræorum, quam e MSto Cod. nostro damus seq. וזאת המצוה חיבת לאנשים בוגרים לא לנשים ולא לקטנים ולא לשוטים והסומא אינו פטור מלבישת הציצית *Hoc pracepto tenentur soli adulti, non mulieres, non minores, nec stulti, at cœcus non solutus est indumento Zizith.* Cum ergo, ut e dictis patet, δὶς διὰ πασῶν distent invicem utrinque, haud injuria suos miratur noster, quod in efformatione τῶν Zizith adversarios κατὰ πόδα sequantur: ואני תמה לחברינו שהם מכת הקראים איך נמשכו בתקון הציצית אחר תקון הרבנים אשר כל ענין שהם מתקנים הוא על צד הקבלה אשר אנו חולקים עליו *Caterum miror ego nostros, qui sunt e secta Karraorum, quomodo amulentur in efformatione τῶν Zizith modum conficiendi Rabbanistarum, quum totum negotium, quo conficiunt, ex prascripto sit Traditionum nullo loco apud nos habitarum.* Συγκαλάβασιν, hinc patet, omnem sublatam velle R. Aharonem, nec adprobare τὸ ἑτεροζυγεῖν. (h) *R. Mose b. Maimon* in יד חזקה Hilc. מילה cap. I. th. VII. f. 121. וכן

§. XXVIII.

Si quos a matris ubere ante octavam diem abstulit atra sors, circumcidendi tamen sunt legibus Rabbanistarum, Karræi vero, naturam dum vident finem vitæ facturam, circumcidunt ante solennem diem. (i)

X 3 §.XXIX.

קטן שנולד כשהוא מהול צריך להטיף ממנו דם ברית ביום השמיני *Et ita e parvulo qui circumcisus natus est, necesse faciant stillare sanguinem fœderis die octavo.* Negat hæc *R. Aharon b. Eliahu* in ס׳ מצות Hilc. מילה sub fin. ומי שנולד בלי ערלה לא יתחייב להמול וספר בספרי החכמים כי נולד כזה במצרים וגם בזמננו זה הקרה בקוסדינא אכן בעלי הקבלה חייבו להטיף ממנו דם והחכם אומר כי לא נתחייבה המילה אלא בערלה וכיון שאין הערלה מה טעם המילה *Qui absque circumcisione natus est non opus habet circumcidi, narratur vero in libris Sapientum hujusmodi hominem in Ægypto fuisse editum, quod etiam nostra ætate contigit Constantinopoli: Verum Traditionarii necessarium pronunciant sanguinem ex eo elicere. Et Doctor quispiam dicit non necessariam esse circumcisionem, nisi præputio conspicuo; atque deficiente hoc quæ ratio* (quærit) *circumcisionis?* Ita utrinque pronunciatur in casu hoc dubio, certè αὐτοψία illorum firmato, qui in hisce Argo sunt oculatiores. (i) *R. Aharon b. Eliahu* in ס׳ מצות Hilc. מילה brevibus & Rabbanistarum pandit placita & Karræorum: אמנם על מילת המת חכמי הרבנים הסכימו להמול ואפילו אם מת קודם יום ה׳ח מלים אותו ואמר החכם וכי אשר משכם בזה הוא בעבור שלא יהיו ערלים כשיקומו

§. XXIX.

Nuptias institutas novimus, ut per connubia corporum res caduca labilisve successionis perpetuæ innovatione duraret, & nova quaque suboriente fœtura, quicquid prior abstulisset ætas, recidiva surrogaret substitutio. Circulos hinc qui turbarant hosce, vitam eligentes ἀγάμων notatos legimus & Græcis & Romanis. Nec in diversa abeunt Ebræi, (k) toti in eo (cum paucos nume-

---

בעת תחית המתים וחכמי הקראים הכריחו ערל המת קודם ה"ח להמול כי לא חיבה התורה להמול רק ב"ח וקבורת המת היא חובה ואי אפשר להמתין עד ה"ח על כן בטלו מאמרם וכו' *Enimvero de circumcisione defuncti Rabbanistarum Doctores consentiunt circumcidendum esse, etiam si moriatur ante octavam diem circumcidunt eum. Dicit vero quispiam Doctorum, quod illud quod pertraxerit eos huc, sit, ne præputiati sint cum resurgent resurrectionis mortuorum tempore. At Karraeorum doctores adigunt, ut propter moribundum circumcidatur ante octavam diem, non enim lex injunxit circumcidi nisi viventes. Præterea sepultura defuncti νόμιμος est, nec licet expectare ad diem usque octavam; hinc itaque abrogata eorum est sententia.* (k) Sponsalia ut contrahantur mature suadent hinc inde Judæi, multorum loco sit, quæ habentur in שלחן ערוך Part. IV. Num. 1. §. 1. חייב כל אדם לישא אשה כדי לפרות ולרבות וכל מי שאינו עוסק בפריה ורביה כאלו שופך דמים *Quivis tenetur ducere uxorem, ut fœcundus sit seque multiplicet, & quicunque non dat operam fœcunditati & multiplicationi idem est ac si effunderet sanguinem.* Magis contra μισογάμους directa sunt sequentia ibid. §. 3.

numeremus Chaninas & Oſchaias (l)) qui Sponſalium remedio concupiſcentiæ ſufflaminentur ſtimuli. Tres vero modi illis, quibus in alienas jus transferri contendunt maritale, argentum, matrimoniales literæ & concubi-

---

מצוה על כל אדם שישא בן י"ח והמקדים לישא בן י"ג מצות מן המובחר אבל קודם י"ג לא ישא ובשום ענין לא יעבר מ"כ שנה בלא אשה ומי שעברו עליו כ' שנה ואינו רוצה לישא בית דין כופין אותו לישא כדי לקיים מצוה/ *Præceptum est cuivis homini ducere uxorem, qui est XVIII. annorum; quod si quis hoc tempus antevertat & XIII. ducat, is longe præstantius facit, sed ante XIII. annum non licet. Nullo autem prorſus modo excedat XX. annum ſine uxore, quod ſi autem quis id fecerit, nec velit ducere uxorem, domus judicii eum cogit, ut huic præcepto ſatisfaciat.* Non vero ejus rigoris hæc ſunt, ut nullam patiantur exceptionem, amor in literas ſtudiumque legis hæc excludunt omnia; ut traditur in ſeq. (l) Celebratæ caſtitatis inter ſuos feruntur Rab *Chanina* & Rab *Oſchaia*, qui cœlibes licet, nunquam tamen in ullam convertebant oculos, Codex *Peſach* f. 113. caſtitatem eorum extollit ſequentibus: רב חנינא ורב אושעיא דהוו אושכפי בארעה דישראל ויתבו בשוקא דזונות ועבדי להו מסאני לזונות ועיילי ומסיימי להו בכרעייהן ולא מדלו עינהו לאסתכולי בהו/ *Rab Chanina & Rab Oſchaia: qui fuerunt ſutores in terra Iſraelis & habitarunt in platea ſcortorum, faciebantque illis calceos, licet ingrederentur adaptantes illarum pedibus, non tamen elevabant oculos unquam, ut eas fuiſſent intuiti.* Commendandi certe ſunt, ſi vera referunt ſocii, nec videmusque

cubitus, negant hoc Karræi, aliis, præeunte Scriptura, in eorundem locum ſubſtitutis. (m)

§. XXX.

---

ratione numerum augeant Rabbinorum Veneri litantium in *Gerſonis* libello de *Talmude Jud.* l. 2. c. XVII. p. m. 533. (m) Perſpicua brevitate docet hoc *Moſe b. Maimon* in יד חזקה Hilc. אישות cap. I. f. 1. a. באחד משלושה דברים אלו האשה נקנית בכסף או בשטר או בביאה בביאה ובשטר מהתורה ובכסף מדברי סופרים וכו׳ *Uno trium horum modorum acquiritur uxor, argento aut literis matrimonialibus, aut concubitu. Concubitu & literis matrimonialibus per Legem, argento autem verbis Doctorum.* Huic opponit antitheſin ſuam *R. Aharon b. Eliahu* in ס׳ מצוות Hilc. נשים ita: ואופן הקניין כפי שהגידה תורתינו שאין האישה נקנית אלא במהר והוא כסף וברצון ובעדים עם הכתב ולא כדעת בעלי הקבלה שאומרים ב׳ג דברים האשה נקנית בכסף בכתב ובביאה וכו׳ *Modus acquiſitionis, quemadmodum indicat lex noſtra, eſt, uxorem non acquiri niſi dote i. e. argento, atque conſenſu ac in præſentia teſtium literis matrimonialibus. Non vero juxta mentem Traditionariorum, dicentium, tribus modis uxor duci poteſt, argento, literis atque concubitu.* Cæterum αὐτεξούσιον in nubendo adultam faciunt Rabbaniſtæ, ita enim *R. Moſe b. Maimon* Hilc, אישות c. II. th. 12. f. 5. a. בגרה הכת אין לאביה בה רשות והרי היא כשאר כל נשים שאינם מתקדשות אלא לדעתן *Adulta a poteſtate patris libera eſt, & ecce illa eſt ſicut reliquæ mulieres omnes, quæ non deſponſari poſſunt niſi conſenſu ſuo.* Magis pii videntur Karraitæ, qui nonniſi parentis conſenſu hæc talia fieri poſſe dictitant. cit. MSti loco: ובאמת שהבוגרת זווגה תלוי על רשות אביה ובעלי הקבלה לא העבירו רשות האב על הבוגרת

§. XXX.

Solvebatur matrimonium libello repudii, ob σκληροκαρδίαν Judæis conceſſo, circa quem ut varia occurrunt digna memoratu, ita quæ Karræorum ſunt, huc transferri mererentur, ſed ne longius juſto excreſcat commentatio noſtra, propoſiti memores, preſſius inſiſtamus lineæ, ſolos daturi repudii libellos utriusque ſectæ, ut poſiti juxta ſe eluceſcant magis. (n)

Y §.XXXI.

Et in rei veritate adulta conjugium a Patris dependet conſenſu ſed Traditionarii non transferunt poteſtatem patris in adultam. Saniores in hoc Rabbaniſtis Karræi ſunt, ſtatutisque moratiorum gentium magis propinqui. (n) Repudii libellum inter Rabbaniſtas tritum damus ſecuti, Cl. *Lightfootum Hor. Ebr. in Matth.* p. 277. ex *Alpheſii Gittin* f. 620. Karræorum vero e *R. Aharonis b. Eliahu* ס' מצוות

ספר כריתות

Rabbaniſtarum:

בכך בשבת בכך וכך לירח
פלוני בשנת כך וכך לבריאת
עולם במניינא דרגילנא
למימני ביה בדוכתא פלוני
איך אני פלוני בר פלוני
וכל שום דאית ליה דממתא
פלוני צביתי ברעות נפשי
בדלא אניסנא ופטרית
ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי
אנת פלונית בת פלוני וכל
שום דאית ליכי דממתא
פלונית דהוית אנתתי מן

Karræorum:

ביום פלוני לשבוע ולחדש
פלוני בכך יום שנת כך וכך
לחרבן בית שני אני פלוני בן
פלוני כתבתי זה הגט שהוא
ספר כריתות ברצוני ובחפצי
בעיר פלונ' ובקהל פלוני בפני
הערים החתומים בזה הגט
ואמרתי עליהם ברצוני היו
אלי עדים וחתמו בספר
כריתות זה איך גרשתי
ושלחתי והנחתי ועזבתי את
פלונית בת פלו' אשר היתה

אשתי ועתה גרשתיה
ושלחתי להיותה מותרת לכל
אדם והיא מגורשת ומשולחת
ממני על ידי ספר כריתות
זה והיא פלנית בת פלונ'
מהיום הזה היא איננה אשתי
ואנכי לא אישה והיא יצאה
מביתי וממשלתי ולא אלי
תשוקתה ולא אני מושל בה
והיא ממני גרושה פטורה
ומותרת לכל אדם אשר תחפץ
בכל העולם ואיש לא ימחה
בידה משמי מהיום הזה
והלאה וזה יהיה לה ממני
ספר כריתות וגט פטורין
ואגרת שבוקין כדת משה
וישראל :

קדמא דנא וכדו תרוכית
יתיכי ליכי אנת פלניתא
בת פלוני וכל שום דאית
ליכי דמסתא פלונית
דיתהויין רשאה ושלטאה
בנפשיכי למהך לחתנסבא
לכל גבר דיצתבייין ואינש לא
ימחה בידיכי מן יומא דכן
ולעלם והרי את מותרת לכל
אדם ודן די יהוי ליכי מינאי
ספר תירוכין וגט פטורין
ואגרת שבוקין כדת משה
וישראל:

ראובן בן יעקב עד:
אלעזר בן גלעד עד:

LIBELLUS REPUDII.

Die hebdomadis N. mensis N. anni a condito mundo N. computo, quo numerare consuevimus in provincia N. Ego N. filius N. & quocunque nomine vocitor de civitate N. cum summo animi consensu, atque absque ulla coactione urgente, repudiavi, dimisi atque expuli

Die N. hebdomadis & mensis N. die hoc, anni N. post destructionem templi secundi, ego N. filius N. scripsi hunc libellum, qui libellus est repudii, voluntate mea plena in civitate N. in Synagoga N. coram testibus signatis in hoc libello, de quibus dixi, consensu meo apud me sunt

lite, te inquam N. filiam N. quocunque nomine vocitaris, de civitate N. quæ antehac uxor mea fuisti. At nunc te dimisi, te inquam N. filiam N. quocunque nomine vocitaris, de civitate N. Ita ut libera & de jure tuo sis, nuptum iri, cuicunque placuerit, & nemo te reprimat ab hodierno die usque in perpetuum. Libera es ergo cuivis homini: atque hic esto de me tibi libellus repudii, literæ divortii & schedula expulsionis secundum legem Mosis atque Israelis.

Ruben filius Jacobi testis.
Eliezer filius Gilead testis.

sunt testes, qui obsignarunt libellum hunc repudii, qua ratione expulerim, dimiserim, reliquerim atque deseruerim hanc N. filiam N. quæ uxor mea fuerat, sed nunc expuli eam, eamque dimisi, ut libera sit omni homini, nam est expulsa atque dimissa a me per libellum hunc repudii & illa N. filia N. ab hoc die non est amplius uxor mea, nec ego sum maritus ejus, exiitque e domo mea, atque dominio meo, neque ad me appetitus ejus, neque ego dominium in eam habeo, expulsa enim est a me, soluta & libera, libera omni homini qui voluerit per universum mundum, nemoque reprimat eam propter me a die hoc & ultra. Et hic sit ipsi a me datus libellus repudii & schedula expulsionis & literæ divortii secundum legem Mosis & Israelis.

Nulla quoad rem inter utrumque intercedit differentia, nisi quod Karræi stylo Scripturæ magis accommodent suum libellum, quam Rabbanistæ.

§. XXXI.

Occupare lanionum ministeria, secando pecudum fibras & artis est in Ebræorum gente & curæ. Nemini, nisi prævia institutione, præeunte frequentiori exercitio, examinibusq; exantlatis fas est hoc sustinere muneris, oculatissimos in his esse comprobant monumenta Talmudistarum, comprobant peculiares libri hanc in rem editi, cuiq; lanionum iterum iterumq; pervolvendi. Nihilo segniores Karræos videmus, *R. Aharon. b. Eliahu* testimonio edocti, varia comparent ibi adcurate attendenda in venis (n) præcipue, cultri ductu (o), ungue sectione (p), cultri constitutione (q).

(n) *R. Mose b. Maimon* in יד חזקה Hilc. שחיטה cap. 1. th. 9. duo solum attendenda pronunciat in mactatione הקנה והוושת *asperam arteriam & gulam*, non contenti his Karræi addunt ווירידים *venulas* in collo, quæ in quacunque legitima mactatione findendæ sint. Ita enim *R. Aharon b. Eliahu* in Hilc. שחיטה scribit: השחיטה הכשרה צריך לכרות ד׳ סימנים קנה וושת וורידים ואם נשאר אחד מהם בלי כריתה השחיטה פסולה ובעלי הקבלה אומרים צריך לשחוט קנה וושת ואינם חוששים על הוורידים/ *Mactatio legitima necesse est secet quatuor signa, asperam arteriam, gulam & venulas*, (duas in collo ut numerus compleatur quaternarius) *si unum ex his relinquatur integrum, mactatio vitiosa censetur. Sed Traditionarii dicunt, secandas esse asperam arteriam & gulam, nihil attendentes ad venulas.* (o) Si eousque ducatur culter & reducatur, ut pertingat tandem usque ad medullam, mactatio illegitima est Karræis non vero Rabbanistis, si caput auferatur simul. *R. Aharon* l. c. שהוליך והביא המאכלת והגיע עד המוח השחיטה

(q), mactantibus, (r) mactationis loco (s) aliisque ritibus.

Y 3 §.XXXII.

פסולה ואין צריך לומר אם התז הראש הפך דברי בעלי הקבלה שאמרו שאם התז את הראש שחיטתו כשרה/ *Qui ducit reducitque cultrum eo, ut pertingat usque ad medullam, mactatio illegitima est, nec necesse est dicatur si auferatur caput, secus quam Traditionarii volunt, qui dictitant, quodsi auferatur caput, legitima est mactatio.* (p) Unguesectio fiebat apud Rabbanistas ante mactationem, reclamant Karræi huic instituto apud *R. Aharonem b. Eliahu* sequentibus:

אמנם האומרים כי המליקה לא זולתי השחיטה נחלקו לשני חלקים מהם אומרים כי המליקה היתה נעשית קודם השחיטה והם בעלי הקבלה אשר אמרו שהכוהן היה חותך בצפרניו בעורף סוף השדרה ומפרק בלא רוב בשר עד הסימנים ואחר כן שוחט הסימנים וחכמינו בטלו זאת הדעת כי העוף היה מת במליקה טרם שישחטנו במאכלת ומה טעם שישחט את המת/ *Enimvero qui dicunt quod unguesectio non sufficiat absque mactatione in duas dividuntur partes, quidam illorum volunt, unguesectionem factam fuisse ante mactationem, atque hi sunt Traditionarii, dictitantes, Sacerdotem secuisse unguibus suis in cervice extremitatem spinæ dorsi, nec multum lacerasse carnis usque ad signa,* (gulam & arteriam asperam) *postea vero mactasse signa. Ast Sapientes nostri repudiarunt hanc sententiam, nam avis moriebatur per unguesectionem, antequam mactaretur cultro, quæ vero ratio mactare mortuum?* Inter ipsos tamen Karræos hac in parte dissensus est, quem refert c. l. *R. Aharon b. Eliahu* pluribus argumentis illorum examinatis propriaque addita ἐπικρίσει. (q) In cultro non modo non tolerant scissu-

ram (Scharten) cum Rabbaniſtis, ſed & acutiſſimum volunt, acie enim deficiente actio hæc illegitima eſt, contrarii Rabbaniſtis; *R. Aharon* Hilc. שחיטה ſic pronunciat: והמאכלת שאינה חדה אע״פ שאינה פגומה פסולה היא שחיטה מפני צער ב״ח ולא כמו שאמרו בעלי הקבלה סכין שפיה חלק ואינה חדה הואיל ואין בה פגם שוחטין בה וכו׳ *Cæterum culter ille qui non acutus eſt etiamſi nulla in eo appareat ſciſſura, mactationem reddit vitioſam propter dolorem animalium. Non quemadmodum Traditionarii dicunt, culter, cujus acies plana eſt, licet non ſit acutus admodum, quum non eſt in eo ſciſſura ad mactationem aptus eſt.* Theſis Rabbaniſtarum ad quam provocat Karræus apud *Maimonidem* habetur in יד חזקה Hilc. שחיטה cap. I. th. 17. f. 193. b. סכין שפיה חלק ואינה חדה הואיל ואין בה פגם שוחטין בה וכו׳ *Culter cujus acies plana eſt, licet non ſit acuta, modo non compareat inibi ſciſſura, ad mactationem aptus habetur.* Verba denuo *Maimonidis* habet, clariſſimo indicio, hunc refutandum ſibi propoſuiſſe præ aliis (r). Solos dein ad hunc actum requirit Karræus noſter adultos, quique & doctrina & pietate conſpicui ſunt, ita pergens: זאת המלאכה אין ראוי שתפול ממי שאינו בוגר כי אחרי שבמלאכה הזאת תלויות מצוות והמצוה לא תתחייב רק ממי שהוא בוגר אשר יקבל הגמול והעונש על כן אי אפשר שתפל רק מן הבוגר הפך מאמר בעלי הקבלה שאמרו חרש שוטה וקטון ששחטו ואחרים רואים ששחטו כהוגן שחיטתם כשרה וכו׳ *Actio hæc non conveniens eſt, ut proveniat ab eo, qui non eſt adultus, ob præcepta illi conjuncta, ad præceptum vero non obligatur niſi qui adultus eſt, præmii capax & pœnæ, quare nullo modo provenire poteſt hæc actio ab alio niſi ab adulto, ſecus quam ſentiunt Rabbaniſtæ, qui dicunt: Surdus, ſtultus & minor,* qui

qui mactarunt, attendentibus aliis quod mactaverint rite, mactatio eorum legitima est. Sed quicquid alii dicant Rabbanistarum, adversarii certe sui *Maimonidis* sententiam minus accurate perspectam habuisse *R. Abaron* videtur, plane aliud enim docent ejusdem verba c. l. cap. IV. th. 5. f. 200. b. חרש שוטה וקטון ושכור שנתבלבלה דעתו ששחטו שחיטתן פסולה/ *Surdus, stultus & minor, itemque ebrius confusæ mentis, si mactaverint, mactatio eorum censetur illegitima.* Clara hæc sunt, nec quicquam convenientia cum opinione, quam Rabbanistis tribuit noster. Sic & ebrii mactatio vitiosa est Rabbanistarum judicio, cujus tamen contrarium denuo illis adscribit noster Karræus, verba adducere supersedemus, cum *Maimonidis* autoritas nervum inciderit jam controversiæ huic. (s) Locus mactationi inter Karræos non quilibet aptus est, in pulvere fiat, omni alio excluso, tradente eodem l. c. ולא ישחט חיה ועוף על כלי ולא על אבן ולא על עצים ולא בבגד ולא בעור ולא בשאר הדברים ולא במים ולא בשאר הדברים הנוזלים כמו השמן והיין אלא בעפר בלבד שנ׳ ולא שפכתהו על הארץ לכסו׳/ *Neq; mactet quis pecus aut avem super vas, nec super lapidem, nec super ligna, neq; in veste, nec pelle, nec reliq. rebus, nec in aquis, nec in reliquis rebus liquidis v. g. oleo, vino, sed in pulvere tantum, quia dictum est* (Ez. XXIV. 9.) *non effudit eum super terram &c.* Si vero totum mactationis actum usitatum inter Karræos pernoscere aveas, en tradimus eundem perspicua brevitate e Codice MSto nostro ita: אמנם כשירצה השוחט לשחוט יתפוש בידו הימנית המאכלת ובידו השמאלית סימני צואר החיה שהם קנה וושט ושני וורידם ופניו אל פאר ירושלים יברך את השם בלבו ובפיו וזאת היא הברכה ברוך אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצוותיו והתיר לנו לשחוט בהמה טהורה או חיה טהורה

§. XXXII.

Mactationem diximus impeditam ad modum esse, nec quemvis aptum, cui committere eandem tuto quis possit ob frequentiam casuum, qui obveniunt subinde. Unus multorum vice esto: In pecore jugulato, si fœtus adsit mortuus, an morticini loco habendus sit (mactatione quippe periens) quærunt? re librata in utramque partem Traditionarii negative pronunciant, Karræi vero ajentem tuentur sententiam. (t)

§.XXXIII.

טהורה או עוף טהור/ *Enimvero cum voluerit quispiam mactare, dextera cultrum prehendat, sinistra vero signa colli pecudis, quæ sunt: aspera arteria, gula, atque duæ venulæ in collo; facie sua porrecta Jerosolymam versus, tumque benedicat DEO, & corde & ore suo. Hæc vero benedictio est: Benedictus DEus noster Rex mundi, qui sanctificavit nos præceptis suis, permisitque nobis mactare pecus purum, aut feram mundam aut avem mundam.* Sed si uno die plures mactationes suscipiendæ sint, an tot quoque benedictiones fieri debeant quærunt: *R. Aharon* respondet unam hoc casu sufficere: והרוצה לשחט בהמות רבות ברכה אחת מספקה את כלם/ *Cum quis plura pecora mactare voluerit, benedictio una pro omnibus sufficit.* Hæc si placet, confer cum Rabbanistarum institutis ipse, nobis ne prolixiores simus, nunc non licet. (t) E Rabbanistarnm Jureconsultis *R. Mose b. Maimon* in יד חזקה Hilc. אבות הטומאות cap. II. th. VI. f. 386. b. ita pronunciat: וכן השוחט את הבהמה ומצא בה עובר מת שחיטת אמו מטהרתו מידי נבלה וכו/ *Simili ratione, qui mactat pecus aliquod invenitque in ea embryonem extinctum, mactatio matris purum eundem reddit, ut non*

ſit morticinum. Huic contradicunt Karræorum reſponſa, quæ pro morticino ejusmodi fœtum habent non modo, ſed matrem quoque impuram eo reddi dictitant, ut utriusque uſus evadat interdictus. Audiamus illa ex ore *R. Aharonis b. Eliahu* in מצות ס׳ Hilc. שחיטה f, de *Mactatione* ואם ימות
העובר בלי שחיטה הנה הוא נבלה ואסור להאכל
ועוד מטמא את אמו ואסור להאכל וכו׳ *Quod ſi extinctus fuerit fœtus recluſus in utero absque mactatione, ecce ille morticinum eſt, interdictus hinc ad comedendum, quin amplius matrem ſuam polluit, ut & illius uſus fiat illicitus.* Pluribus agit hic noſter contra Rabbaniſtas eorumque Canonem כל היוצא
מן הטהור טהור ומן הטמא טמא׳ *Omne quod provenit ex mundo; mundum quoque eſt, quodque ex impuro eſt, ipſum etiam eſt impurum*, ſubruere laborat, ejus abſurditatem ſequenti hiſtoria (ſi diis placet) oſtendens: ושמע עניין כפי
שספר הרב רבי משה חותני בחבור שחבר ששני
אנשים שם האחד יהודה פפא ושם האחד משה בן דוד
מבני הרבנים קנו כבשה אחת ושחטוה ר׳ נתן בר׳
הלל ונמצא בקרבה חזיר והתירוה ואכלוה כפי דין
רבותיהם כל היוצא מן הטהור טהור ומן הטמא טמא:
Audi vero rem (additum tempus eſt, quo acciderit hoc, ſed cum literæ diſcerni difficulter potuerint, lubentes omittimus) *quam narrat magnus ille R. Moſe ſocer meus in libro quem compoſuit: Duo viri, unius nomen erat Jehuda Papa, alterius Moſe f. Davide Rabbaniſtis emerunt agnam aliquam, quam mactarunt R. Nathan & R. Hillel, deprehenſus vero eſt intra eam porcus, quem licitum pronunciabant & comedebant juxta ſtatutum doctorum ſuorum, omne quod provenit ex mundo mundum quoque eſt, & ex impuro quod provenit, impurum etiam eſt ipſum.* Horreſcit hæc aliaque principia referens in ſubſequentibus *R. Aharon b. Eliahu* inconcuſſamque hinc requiem, quod interdixerint illa, Majoribus ſuis adprecatur: ינוחו
על משכבותם חכמינו ע״ה אשר רחקו מאלה הדברים

§. XXXIII.

Ad ea nunc provehimur, quæ immundos reddebant translata in usum. Morticinum in his est atque laceratum, prohibita eapropter a summo Numine Lev. XVII. 15. Abeunt in diversa circa explanationem hujus loci Rabbanistæ ac Karræi, avem mundam illi solam intellectam volunt, hi quascunque animalium species. (u)

§. XXXIV.

וכיוצא בהם ועמדו על הרשום בכתב אמת ואסרו/ *Requiescant in reclinatoriis suis Sapientes nostri p. m. qui a rebus his & similibus remoti fuere, consistentes super Scripturam veram atque prohibentes* &c. (u) *R. Mose b. Maimon* e Rabbanistarum præcipuis diserte hæc tradit in יד חזקה Hilc. אבות הטומאות cap. III. th. 1. fol. 387. a. nec non *Raschi* in Com. ad h. l, verba non adducimus eorum, cum ad finem properemus; contradictionem modo *R. Abaronis* e MSto audire juvat Hilc. טומאת בה"ח sequentem in modum: הכתוב השוה בין אוכל כל נבלה בין נבלה שמטמאת במגע ובמשא ובין שאינה מטמאת והשוה ביניהם בעניין האכילה כמו שבארנו בפסוק כל נפש אשר תאכל נבלה וטרפה וכלל בזה המאמר נבלת בהמה ונבלת עוף *Scriptura pro iisdem habet qui comederint morticinum, quodcunque illud fuerit, sive morticinum fuerit, quod immunditiem infert tactu, atque dum accipitur, sive non inferat impuritatem, ratione comestionis nullam inter illos differentiam agnoscit, quemadmodum exposuimus in versu* (15. cap. XVII. Levit.) *Omnis anima, quæ morticinum comederit ac laceratum &c. comprehenditur enim in hac oratione morticinum bruti atque avis.* Obscurius hic est, quid velit per vocem בהמה *Bruti*, hinc statim declarat eam luculentius hisce: בהמה כולל נבלת בהמה טהורה וחיה טמאה ושרץ שמטמא במגע ובמשא/ Vox בהמה *comprehendit morticinũ bestiæ mansuetæ mundæ atq;*

§. XXXIV.

Plurima collegit R. Aharon b. Eliahu de variis impuritatum ſpeciebus, quæ Rabbaniſtarum placitis reclamant ſæpius, non ea transferre vacat nunc, ne prolixiores ſimus juſto. De Lepra ſolum (tot clamoribus dilapidata in Judæis) monemus, עומק ſeu *profunditatem* e *κριτηρίοις* Immunditiei excludi a Rabbaniſtis, renitentibus Karræis. (x)

 §.XXXV.

---

feræ impuræ atque reptilis, quod impuros reddit contrectatione atatque dum accipitur. Clarius ſententiam Karræorum Rabbaniſtarum explicationi opponunt ſequentia: לא כדעת בעלי הקבלה שאומרים שזה הפסוק מוסגל בנבלת עוף טהור/ *Non juxta mentem Traditionariorum, qui dicunt, quod hic verſus proprie ſpectet ad morticinum avis mundæ.* Quæ ex his ſententiis vero propior ſit, aliis diſcutiendum relinquo, ſufficiat divortia utriusque oſtendiſſe. Plura habet *R. Aharon* contra Rabbaniſtas c. l. de veſtibus, aquis &c. in quantum impuros reddant vel minus, quæ omittimus brevitatis lege.

(x) Tria ſigna ſunt, ex quibus colligunt Rabbaniſtæ impuritatem, ſi pili albeſcant, caro fuerit cruda, vel longius ſerpat plaga. Omiſſa עומק ſeu *profunditate* hæc inculcat *R. Moſe b. Maimon* in יד חזקה Hilc. טומאה צרעת cap. 1. th. 10. f. 360. a. Sed en Karræum *R. Aharonem b. Eliahu* omiſſam עומק ſeu *profunditatem* ægre ferentem in ס' המצות Hilc. ט"צ his: תומה אני לבעלי הקבלה אשר אמרו שעומק איננו סימן טומאה/ *Mirari ſubit Traditionarios, qui contendunt profunditatem non eſſe κριτήριον impuritatis.* Cauſam mirandi credit idem magis idoneam fieri, quod ſtatuant nil pro plaga habendum niſi profunditate comparente, ita enim pergit id. c. l. ועוד חזרו ואמרו שכל נגע שאין לו עומק איננו נגע/ *Dicunt tamen porro nullam plagam haberi*

§. XXXV.

Polluit mortuus contactu, polluit hinc si ultra devenias contactum tractando liberius, quin polluit, si abstineas hisce tentorio solum illatus; excipiuntur tamen Rabbanistarum judicio cadavera gentium (quo nomine illis veniunt omnes, qui Judæi non sunt) quæ citra impuritatis periculum continentur tentoriis; at alia mens Karræis est, sive Judæorum corpora fuerint, sive gentium, contaminant æqualiter. (y)

§. XXXVI.

---

pro tali deficiente profunditate. Sic ergo, si ὑπόθεσιν velint διαφυλάττειν includant signis immunditiei profunditatem quoque necesse est, Karræorum judicio. Cæterum quæ de lepra ædium dicit sacra pagina Levit. XIV. 33. male explicari a Rabbanistis affirmat *R. Aharon b. Eliahu* in ס' המצוות Hilc. נגע צרעת ita scribens: בעלי הקבלה בלבלו פרשה זו שהיא אמורה בנגע הבית בפירושים מקלקלים/ *Traditionarii confuse proponunt sectionem hanc, dictam de plaga ædium expositionibus corruptis.* Quid autem præcipue desiderent in illis Karræi omittimus, generaliora sufficiat indicasse. (y) *Maim.* tradit id in י"ח Hilc. ט"מ f. 315 b. it. f. 316. b. Rationem si desideres exceptionis, adest & illa apud *Maimonid.* c. l. ex lege desumta & orali & comprehensa scriptis, ita enim pergit Jureconsultus: ודבר זה קבלה הוא והרי אומר במלחמת מדין כל נוגע בחלל ולא הזכיר שם אהל וכו/ *Res autem hæc traditio est, dicitur etiam de bello Midianis* (Num. XXXI. 19.) *omnis contrectans confossum, non autem mentionem injicit ibi tentorii.* Sed citra suffragia hæc dicuntur Karræorum, nullum inter cadavera intercedit discrimen ipsorum judicio, en anthithesin antagonistæ *Maimonidis R. Aharon. b. Eliahu* in ס' מצות Hilc. טומאת מת his conceptam verbis: ואחר מת ישראל ואחר מת גוי מטמא וכו/

§. XXXVI.

Ἀνεξερεύνητα visa sunt doctissimis Rabbanistarum omni ætate, quæ Deus circa Vaccam Rufam præceperat ob-

---

Eodem modo mortuus & Israelita & Gentilis polluit. Quin tantum abest, ut argumento e Scriptura petito moveantur Scripturarii, ut potius id, telum ex eadem pharetra depromptum, retorqueant in *ἀντιπάλοντας*: והראיה על זה מה שאמר ואתם חנו מחוץ למחנה שבעת ימים כל הורג נפש וכל נוגע בחלל שנ׳ על הריגת אנשי מדין לא כדעת בעלי הקבלה שאומרים שמת גוי מטמא במשא ואינו מטמא באהל *Et probatio hujus est id quod dicitur* (Num. XXVI. 19.) *Vos vero metamini castra extra castra septem diebus, omnis occidens aliquem, omnisque contrectans confossum &c. dictum hoc est de internecione Midianitarum. Non juxta mentem Traditionariorum, qui dicunt, demortuum gentilem impuros reddere contactu, non vero si solum constitutus fuerit in tentorio.* Concludunt itaque a remotione castrorum imperata Israelitis ad impuritatem, quæ, deficiente hac, contrahi poterat, mortuis intra tentoria vel circum circa constitutis. Sed qui, dices, contraire audent Rabbanistæ verbis Num. XIX. 14. adeo perspicuis omnique majoribus exceptione; Enimvero non est, ut his moveantur recutiti hi, scilicet cum *ὑπερηφανία* ac *δοξοσοφία* occupaverit maxima minima ipsorum, ut se solos sapere credant, reliquis velut umbra voluntantibus, (brevitatis studio omittimus sesquipedalia eorum verba, quibus sapientiam suam plenis deprædicant buccis) hinc solos se homines credunt, atque voce אדם conspicua in textu indigitari. Non obscure id *R. Mose b. Maimon* l. c. nec non *R. R. Sal. Isaacides* in Com. ad Levit. XXXI. 19. f. 185. a. præeunte *Bava Metia* f. 114. docent. *R. Dav. Kimchi* in Comment. ad Ezech. XXXIV. 31. e majorum monumentis & breviter & remoto velo ארז״ל אדם אתם קרויין אדם ואין רשעי

obſervanda, quouſque Karræorum aſſurgat perſpicacia non perquirimus nunc, hoc ſolo contenti, quod non omnes occupatos cum ea immundos dictitent, Traditionariorum more. (z)

§. XXXVII.

Impuritati medentur coeuntes undæ, queis mergitur, qui laborat ea, convaleſcens illico. Nocturna tempora num depoſcant ſibi an diurna lotiones, ægre determinaveris; Rabbaniſtis probari video interdiu factas quacunque diei parte, Karræis eas ſolum quæ fiunt die inclinante ad veſperam.

§.XXXIIX.

חעולם קרויין ארם/ *Dicunt doctores noſtri p. m. ad verba Vos homo; Vos vocamini homines, nec impii hujus mundi ſic dicuntur.* Producit hanc exceptionem MStus noſter Codex *R. Aharonis b. Eliahu* atque pluribus vanitatem ejus demonſtrat, æquior in hoc & doctior. (z) Prolixe hæc de vacca rufa & erudite executus eſt duabus diſſertationibus *B. Joh. Ben. Carpzovius*, qui præ aliis adiri meretur. Traditionariorum ſententiam vid. ap. *R. Moſen b. Maimon.* in Hilc. פרה ארומה cap. V. th. 2. f. 348. Karræi excipiunt mactantem eumque qui aſpergit; accipe antitheſin *R. Aharonis b. Eliahu* in ס׳ מצוות Hilc. טומאת מת ita; אין כל העוסקין בפרה ארומה טמאים כגון השוחט והמזה דמה כמו שאמרו בעלי הקבלה/ *Non omnes qui occupati ſunt cum vacca impuritatem contrahunt v. g. qui mactat & aſpergit ſanguinem ejus, quemadmodum dicunt Traditionarii.* (a) Omnia immunda reſtituuntur puritati lotione, ſeu homines fuerint ſeu vaſa, juxta Maimonid. Hilc. מקואות c. 1. th. 1. f. 438. a. De tempore non opus eſt ut prolixi ſimus ſuffragiis Traditionariorum conſcribendis, nervoſe complexus ea eſt Fideliſſimus

§. XXXIIX.

Hæc ſunt quæ de impuritatum juribus effundere nunc libuit, plura reſtant abſolvenda tum de his, tum de aliis juribus circa Hæreditates, juramenta, Naſiræatum, damna &c. tantum non ſemper obviis inter hanc gentem, ſed quoniam viſa mihi eſt commentatio ad juſtam excre-
viſſe

Præceptor noſter DANZIUS Diſſ. de *Baptiſm. Init.* ſ. 40. p. 74. *Adhac*, ſcribens, *reliqua quoque lotiones, multo minoris momenti interdiu fiebant omnes, ſi ſolam menſtruatam exceperis ac puerperam, in quibus præter alia non inepte dixeris, pudicitiæ muliebris aliquam haberi rationem.* Conf. loca quæ allegat in notis ex Pandectis Talmud. Karræis non probatur hoc, quare perſtringit ſecus ſentientes *R. Aharon b. Eliahu* in 'ס מצוות Hilc. טומאת המרברים ſequentem in modum: אבל זמן הרחיצה לא הורה הכתו' מתי תהיה מכל־היום ובמשנה תורה הורה שהיא לפנות ערב ופנו־ת ערב זמן סמוך לערבן *Enimvero tempus lotionis non expreſſit Scriptura, quando fieri debeat per totum diem. In Deuteronomio tamen* (XXIII.11.) *docet, quod fieri debeat appetente veſpera, hoc vero tempus notat vicinum veſperæ.* Clarius diſſenſum produnt ſequentia l. c. לא לפי רעת הרבנים שאומרים שכל היום ראוי לטבילה *Non juxta mentem Rabbaniſtarum, qui ſtatuunt quodcunque diei tempus aptum eſſe immerſioni.* Si vero reſpicias מה־צרו ſeu contextum, pateſcet illico de ſeminifluo in antecedentibus injici mentionem non quavis laborante impuritate, hinc de eo ſolo intelligenda hæc verba eſſe pronunciant alii audacter, tradente eodem Karræo l. c. ויש מן החכמים שאומרים שלא רצה במשנה תורה אלא לבעל קרי *Aliqui ſunt doctorum, qui contendunt locum Deuteronomii ſolum intelligere ſeminifluum.* At vero nil motus objectione hac, in ſententia perſiſtit, inquirens verbis ſubſequentibus in ejus fundamenta, quæ pagina noſtra non capit.

visse magnitudinem, sisto hic gradum, daturus cum Deo ac die & plura & adcuratiora.

§. XXXIX.

His ratione lustratis, in expedito est, demutuo judicare animo. Ut enim Rabbanistis adversus omnes gentes hostile est odium & deleri nescium, ita & in Karræos, nihilo meliores (ipsorum judicio) ob bella quæ movent Traditionibus; Cum vero ultra non possit, conviciis eos consectatur quavis oblata occasione mordacissima gens. dum vocat eos מינים *Hæreticos*, אפיקורוסין *Epicureos*, חסרי לב it. חסרי מוח *corde & cerebro destitutos*, עורים *cæcos*, taceo sexcenta alia, quibus obruunt eosdem totos. Paucis multa: separati sunt epulis, discreti cubilibus, ut purgamenta vitantur & alienigenæ. Nostrum est, pro conversione utriusque sectæ venerari summum Numen, ut positis odiis, exuta omni ἀπειθείᾳ inseratur denuo veræ oleæ.

Addenda ad Dissert. III. de Libris Karræorum.

MSti Cod. usurpati nobis instructissimæ Bibliothecæ VEN. PRÆC. nostri DANZII cesserunt, cui ut ob multa alia, sic eo maxime sanitatem precamur, quo publico his prodesse valeat. Cæterum male inter Karræos a nobis relatum esse *R. Mard. Comtino*, nunc demum monemus, Traditionarius est, Legem oralem in oculis ferens, quod in Præf. statim inculcat seq. וידוע שכל המצות צריכות לקבלה׃ כי היא המסלה העולה למעלה: *Constat vero quod omnia præcepta opus habeant Traditione, hæc enim via est sursum tendens:* Nec non: וחלילה מזה כי התורה שבעל פה היא פירוש לתורה שבכתב והכל תורה אחת׃ *Absit hoc, nam lex oralis interpretatio est legis scriptæ, omneque hoc una eademque Lex est.* Vides genium Talm. quem pandunt seq. pluribus. Quod itaque ibi erratum est, dum alienæ fidei tribuimus nimium, hac palinodia recantatum esto.

תוש״לבע